quæque optima videtur. 12. 5. Quotidie tamen hora quibus expectabam, longæ videbantur. 6. 5. Cupiam longiorem epistola facere. 1. 9. Ille dialogus, quem ait longum esse. 4. V. 130. Mensis XL V. dies longus. 3. de Ora. 181. Syllaba producta atque longa. 12. At. 19. Tempus nimium longum. 3. V. 156. De omnibus longum est dicere. pro Cluent. 36. Iam, vt, &c. & quibus, &c. longum est mihi dicere, præsertim ad alia pertinanti. 6. V. 135. & 2. de Ora. 119. Longum est & non necessarium commemorare, quæ, &c. pro Rab. 7. An de tabulario incenso longa oratio est exprimenda? an de ciuibus necatis plura dicenda sunt? ibidem. Nam quid ego ad id longam orationem comparem? 1. de N. 102. Possum de aliis dicere, sed nolo esse longus. ita concludam tamen, &c. 3. C. 10. Cethego nimium id longum videbatur. Ac ne longum sit, Quirites, iussimus, pro Sest. 12. Longum est dicere, sed hoc breue dicam. 1. de Leg. 22. Non faciam longius, huc enim pertinet, &c. 5. de Fin. 16. Non opus est exemplis hoc facere longius. 3. de Orat. 194. Contractione breuius fieri, aut productione longius. de Clar. 273. Verbum in longius ductum. 6. V. 39. Nihil ei longius videbatur, quam dum illud viserargentum. 11. Fa. 28. Tum ille nihil libi fuisse longius, quam ut me videret. pro R. P. 35. Nec mihi longius est quicquam, quam videre hominum vultus. 4. Tusc. 47. Nec longius quicquam vobis, quam dextra gladium dum accommodet alter. 1. de Leg. 2. 4. Ac ne longum fiat, videte. 1. 13. In longum sermonem me vocas. 7. At. 13. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset, sed, &c. 1. Qu. Fr. 1. 36. Tua quoque longissima epistola delecto, & ipse in scribendo saepe sum longior. 1. Offic. 30. Illa, quæ quasi longo interallo interiecta videmus. de Sen. 69. Breue tempus ætatis satis est longum ab bene honesteque viuen- dum. * Incep. Fuisse Nævium Pollionem pede longiore, quam quenquam longissimum.

† A D V E R B. Benè, 2. de Or. Nimium, 12. Att. Sanè, 2. de Leg.

¶ Syntaxis. Producta & longa syllaba. De omnibus longum est dicere, commemorare. Longus in dicendo. Ne longum sit perfici. &c. Longum est dicere, sed breue dicam. Non faciam longius exemplis. In longius ducere verba. Nihil mihi fuit longius, quam ut te audirem. In longum vocare sermonem.

LOQVACITAS. 12. At. 10. 1. de Or. 105. Qui non Graci alicuius quotidianam loquacitatem sine vsu, neque ex scholis cantilenam requirunt. 7. 13. Loquacitati ignoscere, que, &c. 6. Fa. 4. Facit autem non loquacitas mea, sed benivolentia longiores epistles. 1. de Leg. 7. Accij loquacitas habet aliquid argutiarum.

† A DIVINCT. Infinita, 2. de Orat. Perennis. & profluens, rudit, & indo- da, 3. de Or. Quotidiana, 1. de Orat.

LOQVACITER. pro Mur. 26. Quid huic tam loquaciter liti- gio responderes?

LOQVAX, multus in loquendo, garrulus. de Sene. 55. Senectus est naturalloquacior. pro Fl. 48. Repente homo loquacissimus obmutuit. pro Mur. 30. Orator odiosus in dicendo ac loquax. 2. de Orato. 160. Dialectica in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicadis nimium loquax. 3. 140. Malo in disertam prudentiam quam stultitiam loquacem. pro Clu. 176. Seruus nimium loquax.

LOQUENS. de Amic. 93. Vitium notandum leuum hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. * Lim.

Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

LOQVENTIA. Leg. FALLACILOQVENTIA.

LOQVR, sermonem habeo, commemoro, dico aio, verbum facio, vo- cem mitto, vores habeo, sermonem confero, mihi oratio est cum ali- quo. 5. At. 1. Ex quo veni ad ea, quæ fueramus ego & tu inter nos de sorore in Tusculano locuti. 3. de Finib. 9. Sæpiusque ista loquemur inter nos, agemusque communiter. 6. At. 1. Hoc non nostra tum, cum Democrito tuo locutus sum. 1. Fa. 2. Ita sum cum illo locutus. Ibidem 8. Loqui cum aliquo de aliqua re. 8. At. 2. Multum loqui cum aliquo. Ibid. 22. Cum quasi tecum loquor. 6. 2. Loqui asperius de aliqua re. pro Planc. 33. Asperius, inquit, locutus est aliquid aliquando. pro S. R. 140. Definat di- cere male aliquem locutum esse, si quis vere ac liberè locutus sit. 1. Tusc. 13. Pugnantia te loqui non vides? Ibid. 37. Loqui ex ore alterius. 3. Fa. 10. Cum loquimur, terni, nihil flagitii dici- mus. 3. V. 68. Cum omnes in eam rationem pro suo quisque sensu ac dolore loqueretur. 2. de Ora. 61. Poëtas omnino quasi alia quadam lingua locutos, non conor artingere. 9. At. 14. Hic quidem mera sclera loquuntur. Ibid. 15. Dolabella suis literis merum bellum loquitur. pro Mil. 54. Res loquitur, iudices, ipsa, que, &c. pro Dom. 86. Ut annales populi Rom. loquuntur. pro Quint. 93. Is fatetur se non belle dicere, non ad voluntatem loqui posse. de Cla. 108. Is perbenè Latinè loqui putabatur, lite- ratissime quam ceteri. 1. de Orat. 144. Loqui primum purè & Latinè, deinde plane & dilucidè, tum ad rerum dignitatè aptè & quasi decorè. 9. Att. 17. Cæfarem loqui quiddam ævænæ narrabant. 1. 6. Cum Attilio sum locutus. 10. 4. De ea re nos in- temnos locutus sumus. de Cl. 140. Inquinatè loqui. ibidem. Ipsum

Latinè loqui est in magna laude ponendum. 1. de Leg. 2. Cùm Latinæ loquentur literæ, quercus huic loco nō decrit. Ibid. 27. Oculi nimis arguti quemadmodum animo affecti sumus, lo- quuntur. * pro M. Scav. Ab ipsa itua mecum homines loquen- tur. Frag. epist. Quæ facetè & breuiter & acutè locuti essemus.

† A D V E B B. Abundanter, confidentius, Græcè, melius, simpliciter, splendide, suauiter, 2. de Orat. Accuratus cum aliquo, 7. Famil. Accu- rate, tardiu, 12. Phil. Accusator, planius, 6. Verr. Acutè, aliquantum, admodum iniquitatem, bene Latinè, copiosus, diligenter, inquinatè, inusitatè, Latinè, diligenter, eleganter, elegantissime, non pessimè, non literatus, male, multò minus, prudenter, optimè, perbenè Latinè, sane, bene & dicere, valde prudenter, & acute, de Clar. Acutè ni- mis, 13. Attic. Aliquantu, aliquid, aperiū, pro Planc. Ambigüè, 1. de Nat. Amicissimè, Ep. ad Brut. Amplè, elate, 5. Tusc. Aperte cum qui- busdam, feruenter, honorifice, humane, vehementer, 8. Famil. Aptè, asperè quid, decorè, dilucidè, diuinus, grauitate, multum inter se, ve- recundiū, iamdudum, 1. de Orat. Asperissimè de aliquo, 2. Att. Asseueran- ter, improbisimè, 15. Attic. Barbarè, 2. Tusc. Belle, desperanter cum aliquo, severè, 14. Att. Benè, de Pec. Conf. Commodè, 7. Commo- dius cum aliquo, commodissimè, 4. Att. Communiter de studio. pro Ar. Compressius, confusè, confitante, frugaliter, Græcè, egregiè, pla- nè, populariter, turpiter, 2. de Fin. Consideratè, iamdiu, temperata at- quæ eadem voce cum omnibus, 2. Offic. Copiosè, Top. Coram cum ali- quo, fortiter, liberè, 12. Fam. Digne satis de aliquo, Post. in Senat. Diligentiū, 3. de Finib. Diutius de, in Var. Embendatè, pulchre, de Op. gen. Familiariter, 1. Verr. Generatim, atque vniuerso, sigillatim de suppli- ciis, vulgo, 7. Ver. Gloriösè, 1. de Fin. Grauius de aliquo, 12. Hilarius, 3. Tusc. Hulcè, præclarè, rusticè, familiariter, vastè, 3. de Orat. Honestè, ma- gnificè, pro Cæl. Vberius, 3. Famil. Humanissimè, ad Q. Frat. Iamdu- dum, 5. Ver. Inconfitante, 4. Acad. Indulgenter nimis, 9. Att. Leuitè, presie, separatim, 1. Offic. Liberalissimè, perlidente cum aliquo, 8. At. Mirabiliter de aliquo, 4. Famil. Obscurè, 4. Verr. Opportunè, 11. Attic. Ornatisimè de aliquo, pure, 1. Attic. Palam, perinde quasi, pro Quint. pessimè, 11. Fam. Placide, sedatè, Ora. Poëticè, 5. de Finib. Propediem presentem, 1. Offic. Recte, verisimile, 3. de Na. Suauissimè cum aliquo, 16. Famil. Sincerè, 3. Att. Temerè, 2. de Nat. Valde asseueranter, 15. Famil. Verè, 2. de Diuin. Vtitate, 4. de Fin.

¶ Syntaxis. Loqui literatè, inquinatè. Ego & tu inter nos loquisti. Loqui aliquid, & de. Pugnantia loqui, ex ore alterius, pro suo sensu ac dolore. Mera sclera, bellum literis loqui. Annales loquuntur. Av- gervixos loqui. Ipsi Latinè loqui laudandum est.

LORICA, corporis contra tela munumentum & armatura, qua inter- dum ex laminulis ferreis, inter dum ex catenulis constat, atque ex alia materia. 6. V. 97. In hoc fano loricas galeasque eneas P. Scipio posuerat. pro Mur. 52. Descendi in campum cum illa lata insigniæ; lorica, non quæ me tegetur, verum, &c. pro Fl. 4. 1. Mi- thridates ambulat cum lorica; metuit enim, &c.

† A D I V N C. Lata, insignisque, pro Mur. Aenea, 6. Ver.

LORVM, corrigia. de Ar. 23. Si puer ille tenlam aut lororum omisit. 8. A. 24. Cum eum serui publici loris cæciderunt.

LBENS, libens. 2. de Orat. 195. Me vero lubente, inquam, Anto- nius dixerit.

LBENTER, libenter. de Cl. 2. 51.

LBENTINÆ. 2. de N. 61. Lubentinæ Veneris templum.

LBET, libert. de Sene. 5. 8. Id ipsum tamen vt lubabit, quoniam, &c. de Cl. 4. 4.

LBIDO, libido. 1. de Repub. autore Nonio, Ergo non probares consilio pulso libidines.

LBRICVS, præceps, periculosus, quod incitatum in proclive labitur. 7. V. 136. Ætas puerilis maxime lubrica atque incerta. 2. de Na. 142. Natura oculos fecit lubricos & mobiles. pro Fla. 105. Via præceps & lubrica. 4. Aca. 68. Ipsa consuetudo assentiendi peri- culosa esse videtur & lubrica. 1. Off. 65. Qui locus est sanè lu- bricus, quod vix inuenitur, qui, &c. pro Pl. 5. Sed mihi in caufa facili & explicata, perdifficilis & lubrica defensionis ratio proponitur. pro Cæl. 41. Via adolescentia lubricæ, quibus illa in- sistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix potest. I.P. 68. Lubricum genus orationis adolescenti non acriter in- telligenti saepe præceps. 5. A. 50. Dominandi cupiditas præceps & lubrica. Orat. 98. Versari in lubrico. Ibid. Is magnus Orator est, minimèque in lubrico versabitur. 4. Tusc. 41. Quia sunt in lubrico incitatæ semel in proclive labuntur.

† A D V E R B. Maximè, pro Quint.

¶ Syntaxis. Lubricus & incerta etas. Lubricus & mobilis oculus. Lubrica via, & præceps. Consuetudo periculosa & lubrica. In causa facilis defensio lubrica. In lubrico versari, esse.

LCVA, urbs Hatruria. 1. Fam. 9.

LCVANI, populi. 1. Tusc. 89. 13. A. 12.

(tuis.

LCVANICA, 9. Fa. 16. Solebam antea delectari oleis & lucanicis

LCVEIVM, casellum. pro Deiot. 21.

LCVELLYM, questiculus. 5. V. 72. Apronio lucelli aliquid iussi sunt dare. ibi. Si Apronianum lucellum, ac non prætoria præda vobis videbitur. 2. de Diu. 34. Quæ ex cognatione naturæ, &c. quasi concentu atque consensu, conuenire potest filium iecoris cum lucello meo.

LCVENDO. 2. de N. 68. Luna à lucendo nominata est.

LCVENSIS. 13. Fa. 13. Princeps Lucensis municipij.

LCVO, splendens. pro Poraceo. 4. 7. Nunc imperij nostræ splendor illis gentibus lucet. de Somn. 3. Luna, quæ luce lucet aliena. 2. de Nat. 107.

Argue uno mentum radianti fidere luceat. de Clar. 327. Et ingenij quædam forma lucebat, exercitatione perfecta erat. pro Sest. 60. Virtus lucet in tenebris, splendetque per se semper. 13. A. 24. Sed illa ornatissima in virtute & industria posita lument. 3. Atti. 15. Mea officia, quæ parum ante luxerunt. pro Mil. 62. Cum res ipsa, tot tam claris argumentis signisque luceat. 1. O. ffi. 30. Æquitas lucet ipsa per se. Ibid. 1. Qui lumen de suo lumine accedit, facit, ut nihilominus ipsi luceat, cum illi accederit.

Syntaxis. Imperij splendor luceat. Ingenij forma, aliena luce luna luceat. Virtus in tenebris, officia, res argumentis ac signis luceat. Per se luceat æquitas.

LVCERIA, ciuitas pro Clu. 197.

LVCERNÆ, lumen, lychnus. 7. At. 7. Eupolemitus, sive iam dudum: & facerem diutius, nisi me lucerna desereret. 4. Acad. 80. Cum oculum torisset, duas ex lucerna flammulas esse vidas. 2. de Diu. 320. Duo lucernæ lumina pro uno videri quodam obtutu oculorum. 3. de Finib. 45. Lumen lucernæ offunditur vel obscuratur luce solis. 4. 29. In sole lucernam adhibere. 8. At. 2. Cum eadem lucerna hanc epistolam scripsisse, quæ inflammarum tuam.

LVCES CIT, dilucescit, lucere incipit. *Lege, AD VESPERAS CIR.*

LVCET, vulgus dicit, dies est. 4. Attic. 95. Si dicis nunc lucere, & verum dicis: lucet igitur. 8. 10. Cepi consilium, vt extremè quam luceret. 8. A. 31. Quin Scœvula quo tidie simulatque luceret, faciebat omnibus sui conueniendi potestatem. pro S. R. 97. Nondum lucebat, cum hoc Ameria scitum est. pro Cl. 27. Puer postridie antequam luceret, combustus est. 1. de Diu. 47. Vbi lucere coepit. 6. Att. 2. Cupiebam etiam nunc plura garrire: sed lucer, virget turba. 16. 13. Nondum legere poteramus: nam & lumina dimiseramus, nec satis lucebat: cum autem luccaret, &c.

ADVERB. Fere iam, 7. Ver. Nihilominus, 1. Offic.

Syntaxis. Offunditur lucerna lumen solis lumine, id est, obscuratur.

LVCIDE, dilucide. 2. de Or. 108. Lucide breuitate, define aliquid.

LVCIFER. 2. de Nat. 54. Stella Veneris, quæ φωφός. Græcè, Latinè Lucifer dicitur. de Vn. 26. Lucifer deinde & sancta Merycuri stella.

LVCIFERA, Lucina. 2. de N. 68. *Lege, LVCINA.*

LVCIEVGVS. 1. de Fin. 61. Ecce autem alij minuti & angusti, aut omnia semper desperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi, maledici, monstrofi.

LVCINA, lucifera. 2. de N. 68. Apud Græcos Dianam, eamque Luciferam, apud nos Iunonem Lucinam in pariendo inuocant.

LVCISCVS, lusciosus, qui mane & vesperi uito oculorum parum videt. 4. At. 15. Iam enim tibi lucisci loquerentur, &c.

LVCIVS, pronomen Romani celebre.

LVCRETIA, 2. de Leg. 10. Sextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filii attulit. 5. de Fi. 64. Lucretia stuprum per vim oblatum voluntaria morte luit.

LVCRETINVS. 8. At. 11. Sol Lucretinus.

LVCRETIVS. 2. Q. Fr. 10. Lucretiæ poëmata lita sunt multis lumenibus ingenij, multæ tamen artis.

LVCRIFACIO. pro Fl. 91. Minus igitur lucrifacit. 11. Fam. 20.

LVCRIFACTVS. 5. V. 174. Iam verò ab isto omnem ex ærario pecuniam lucrifactam videris.

LVCRIFIERI. 5. V. 111. Quid si ostendo in hac vna emptione lucrifaciæ tritici modios centum.

LVCRINVM, lacus. 2. de Or. 22. Cöchas eos & ymbilicos ad Caietam & ad Locrinum legere consuēsse. 3. Acad. Sedeimus ad Locrinum, piseculosque exultantes videmus.

LVCRINE NSIS. 4. Attic. 9.

LVCRO R, lucrifacio, lucrum facio, quæsum facio, compendium facio, quero, mereor, quæsum consequor, in lucro pono. 7. V. 61. Iste quod nautæ nomine accepterat, lucrabatur. 2. Offic. 84. Ut locupletes suum perdant, debitores lucentur alienum. 3. V. 33. Dedecora prætereantur, lucentur indicia veteris infamiae. Par. 1. Cum lucrari impune posset aurum pondo deceat.

ADVERB. Impunè, Parad.

LVCRVM, questus, compendium fæneratio. 5. Tusc. 9. Alij emendi aut vendendi quæstu & lucro ducuntur. 11. Famil. 20. Toram istam cantilenam ex hoc pendunt, vt quam plurimum lucri faciant. 3. V. 72. Apronio dent lucru tritici medimna XXIIII. ter. Ibid. 86. Plus lucri nomine eripitur, quam quantum exarant. 5. V. 85. Numerant Valentio lucri H-S. XXX millia. 13. A. 40. Quibus veri ceciderint, lucro futurum est. pro Flac. 91. Emit igitur aliquid, quod certe multò pluris esset: dat de lucro, nihil detrahit de viuo. 3. V. 30. Reliquas res ad lucrum prædámque reuocauit. 5. 86. Facere lucrum ex vestigalibus publicis. 9. Famil. 17. De lucro viuere. pro Flacc. 40. Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere patientur. 7. Famil. 24. Id ego in lucris pono. 13. Attic. 27. Excedens magnum nullum fieri potest, & non magnum mopestum futurum est. * pro Flacc. 37. Amissum est præter spem, quod erat spe deuoratum lucrum. 2. de Diuin. 34. Num etiam si fissum cuiusdammodo

fuerit in iecore, lucrum ostenditur?

ADIVNC. Frumentaria, immensum, atque infinitum, improbus, iniunctum, magna, non magnum, præfens, tanta. 5. Ver. Maxima, 5. de Fin. 13. Phil.

Syntaxis. Questu & lucro duci. Multum lucrifacere. Lucri nemine multum accipere. Dat de lucro, nihil de viuo detrahit. Omnia ad lucrum renocare. De lucro vinere. Hor ponendum in lucro, in lucre. LVC T AND VM. 1. Offic. 107. Alij velocitate ad cursum, alijs viibus ad luctandum valent.

LVC T AT IO, concitatio. de Fat. 12. Causa, in qua tibi cum Diadoro magna luctatio est. 2. de Fin. 43. Nam cum Academicis in certa luctatio est. de Fat. 30. Sine aduersario nulla luctatio est. 2. de Leg. 38. Cursus, pugillatio, luctatio.

ADIVNC. Incerta, 2. de Finib. Magna, de Fat.

LVC RIFICVS. 2. Tusc. 25. Luctifica clades.

LVC T OR, contendere, altercor. 1. de Or. 74. Non luctabor, inquit, tecum Crasse amplius. pro Syl. 47. Nondum statuo te vitium sat habere, vt ego tecum luctari & congregari debeam. de Fat. 30. Luctabitur Olympiis Milo. ibidem. Siue habuerit aduersarium, siue non habuerit, luctabitur.

ADVERB. Amplius, 1. de Orat.

Syntaxis. Luctari cum aliquo, & congregari. Luctari, absoluere. LVC T V OS VS, luctu praditus, funestus, habens luctum. 2. de Orat. 211. Afficta & prostrata virtus maximè luctuosa est. pro Seft. 27. O diem illum reipub. luctuosum. 7. V. 118. Hoc si luctuosum est parenti, redimat pretio sepeliendi porestatem. Postquam in Sen. 24. Cuius discessus omnibus honestis luctuosum vius est. 5. Fam. 14. Misericordia temporibus & luctuosis. 3. Q. Fr. 8. Funus perluctuosum. 3. de Or. 8. & 2. cont. Rull. 47. Luctuosum, acerbum, graue. * cont. C. Anton. Prætero illum penè acerbum & luctuosum populo Rom. diem.

ADVERB. Maximè, 2. de Orat.

LVC T VS, mœfitia, mœror, squalor, sordes, lacryma, fletus, frides, lugubres, desiderium. 4. Tusc. 18. Luctus est ægitudo, ex eius, qui charus fuit, interitu acerbo, pro Flac. 106. Orat ne suum luctum patris lacrymis, patris mœtorem suo fletu augearis. pro Pl. 21. Quam quidem multitudinem, iudices, hunc videtis in squalore & luctu vobis supplicem. 5. Fam. 1. In luctu & squalore luctu, pro Sest. 32. Erat in luctu Senatus, squalebat ciuitas. 3. Offic. 94. Iste in maximis luctibus. I.P. 88. In foribus, lamentis, luctuque iacuisti. 3. Tus. Quam diu vixit, vixit in luctu. I.P. 18. Ut eos, quos luctu affecerat, lugere non sineret. 2. Att. 7. Ne & meum mœrem exagitem, & te in eundem luctum vocem. pro Planc. 73. Tristis & acerbus luctus. 2. de Leg. 65. Habet enim luctum concursus hominum. 2. de Or. 193. Mihi Telamon iratus furere luctu filij videtur. pro Cl. 188. Mulier in familiæ luctum & in priuignorum funus nupsit. Ibid. 192. Spectaculum sordidum, atque luctus & tanti squaloris alicuius. pro S.R. 23. Aliquis mœrit luctu perditus. 3. Tus. 63. Luctus elocutiones complures. 2. At. 10. Ne illius squalorem, luctumque aspicere. . . Offic. 32. Incidere in maximos luctus. 5. V. 207. Sustinere populus Rom. nationum luctum, lacrymas, quærimonias, non potest.

ADIVNC. Acerbissimus in rotæ vrbe magnus. 6. Ver. Continuans, Tus. Domesticus, in Vat. Grauissimus, maior, pro Sest. Impudens, Tus. Magni, de Pro. Maximus, 4. Fam. & 1. Offic. Publicus, tantus, At. Summus, Or. Tanti, 14. Fam. Tristis, & acerbus, pro Planc.

Syntax. Luctuosa tempora bonis & horis, vixit. Luctu sum acerbum, graue. Prostrata virtus luctuosa est. Squalor & luctus & contra. Esse in luctu, squalore, lacere in foribus, lamentis, luctu. Luctu off. & cum lugere non finis? Vocare in luctum. Id luctum habet. In cinum luctu laborare: id est, ad luctu perditus. In luctum incidere.

LVC VBRATI O, vigilia, nocturna commentatio. 2. de Diu. 142. Nisi quidem propter intermissione forensis opera, & lucubrationes detraxi, & meridianiores addidi, quibus ante vi non solebam.

ADIVNC. Multæ, 16. Famili.

Ficta & **vana excogitatio.** 1. de Na. 95. Ista que vos dicitis, sunt tota commentitia, vix digna lucubratione anicularum.

LVC VBRATVS, elaboratus, excusus, elucubratus. Par. 1. Accipies igitur hoc paruum opusculum, lucubratum his iam contractioribus noctibus.

LVC VLENTE, copiosè, splendidè. de Cl. 76. Scripsere alij rem veribus, & luculentè quidem scripserunt. 14. At. 13. & 3. Offic. 10. Quanquam ab impio rege dicitur, luculentè tamen dicitur.

LVC VLENTE, luculentè, egregie. 2. de Fin. 15. Chm Græc. (vivido) luculentè sciām.

Acrier. 3. Offic. 60. Hoc quidem Sanè luculentè. 3. Q. Fr. 1. Eodem die Gabinium ad populum luculentè calefecerat. Menius. Ibid. 5. Sanè texebatur opus luculentè.

LVC VLENTVS, elegans. 7. Att. 16. Pompeius scriptor luculentè. Cato verbis luculentioribus & pluribus rem comprehendens.

Apertus. 4. A. 5. Præclara & luculentæ reclamatio, velut fæcum Martialis comprobauistis.

Egregius. de Cla. 129. Licinius habitus est sanc (vt ita dicam) luculentus patronus. 2. Att. 7. Dicē archum recte amas, luculentus homo est.
 Certe fidelis. 10. 16. Seruius de duabus legionibus luculentos autores esse dicebat. Ibid. 14. Nunc credo, vt est luculentus autor.
 Facili & expeditus. 4. 15. Etenim est luculenta res.
 Prostans. 16. 4. Sunt præterea nauigia luculenta Sexti Buciliani.
 Splendidus, clarus, lucidus. 7. Fam. 10. Camino luculento venum censeo.
 Honestus, amplius. 12. A. 19. Luculentum matrimonium.
 Insignis, grandis. 6. 17. Luculentam tamen ipse plagam accedit, vt declarat cicatrix.
 Syntaxis. Luculenter dicere scire. Luculenter aliquem calefacere.
 Opus luculenter texere. Luculenta verba, nauigia, canimus patrimonium, scriptor, plaga, patronus. illum recte amas, homo luculentus est.
 Luculenta res. Luculentas autor auditarum rerum.

LUCULLANVS. 16. At. 11. Lucullanus fundus.
 LUCULLVS. 4. Acad. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. multa de Lucullo & eius ingenio, & in re militari peritia. 1. Att. 16. Quo facilius Graecas suas historias probaret Romani homini eis, in iis barbara quedam & & loquax dispergit. Ibid. 13. At vereor, ne Lucullus, quoniam Græcum poëma condidit nunc ad Cæcilianam fabiam spectet. I.P. 44. & de Arusp. 12. M. Lucullus ex Macedonia provincia triumphavit. pro Clu. 137. M. Lucullus, & C. Cassius Coss. I.P. 77. Deprecator salutis Ciceronis. pro Dom. 32.

LVCVS, nemus sarrum. 6. V. 107. Circa Ennam lacus lucique sunt plurimi. 1. de Diu. 101. Lucus Vestrae. 2. 40. & 2. de Leg. 19. Lucus in agris habento, & larium sedem. 1. Fa. 20. Domus habet lucum: quem si excideris, multum prospexeris. pro Mil. 86. Vos enim Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro & obtestor.

ADIVNC T. Plurimi, 6. Ver. Sanctissimi, pro Mil.

LUDENDI. 1. Offic. 104. Ludendi autem est quidam modus retinendus, vt ne nimis omnia profundamus, &c. suppedant au tem & caput noster & studia venâdi, honesta exempla ludendi.

LUDENS, iocans. 5. de Fin. 3. 1. Si quâdo pueris ludentes minamur. Part. 1. Ego vero illa ipsa ludens conieci in communes locos.

LUDIBRIVM, irrisio. ad Br. 2. Sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium populi Rom. 4. ad Her. 52. Ludibrio & despiciui cuius magis esse. pro Dom. 131. Libertatis signum posuit ad ludibrium impudentia, magis quam, &c. Part. 1. Ille hæc ludibria fortuna ne sua quidem putauit.

Syntaxis. Ludibrio, & despiciui esse. Ad ludibrium impudentia facere.

LUDIBUNDVS, alacer. 5. V. 156. Si Vulteum habebis, omnia ludibundus perficies. ter.

Latus. 16. Fa. 9. Inde australi lenissimo ad Hydruntem ludibundi peruenimus.

LUDICRVS, vocularis. 1. de N. 103. At pueri etiam cum cessant exercitatione aliqua ludicra delectantur. 1. de Orat. 147. Quæ agenda sunt in foro; tanquam in acie, exercitatione quasi ludicra prædiscere & meditari. 2. 84. Ars ludicra armorum, gladiatori & militi prædest aliiquid. 4. Aca. 6. Clarorum virorum ludicros sermones esse non oportet.

LUDIFICATIO. pro Seft. 75. Consecuti dies pauci omnino Ia nuario mense, per quos Senatum habere liceret: sed tamen acutum nihil nisi de me, cum omni mora, ludificatione, calumnia, Senatus autoritas impediretur.

LUDIFICO, illudo. pro Quint. 54. Si quis latitare, ac diutius ludificare videatur.

ADVERB. Diutius, pro Quint.

LUDIFICOR, ludifico. pro S.R. 55. Is aperte ludificari ac calumniari sciens videtur.

ADVERB. Aperte, pro S.R.

Syntaxis. Exercitatio ludicra. Armorum ars ludicra.

LUDIVS, histrio. pro Seft 116. Clodius ludius non solum spectator, sed actor & acroama. de Arusp. 22. Quum ille seruorum & ludiorum multitudini Senatum populumque Rom. vinclum tradidisset.

LUDO, ludo vtor, delectationis causa exercitor. 1. de Orat. 73. Ut qui pila ludunt, non vntunt in ipsa lusione artificio proprio palæstræ, sed indicat ipse motus, didicere intre palæstram, an nesciat. Ibid. 217. Pila bene & duodecim scrupis ludere. 2. A. 56. Qui non dubitare vel in foro alea ludere.

Deludo. 2. Qu.Fr. 14. Domitius in Senatu lusit Appium. Ibid. 11. Eumq; lusi iocose satis. 2. de Or. 222. Disputatione aliquam facetus ludere. 3. 69. Verum in me quidem ille lusit, vt solet.

Iocor. 7. Fam. 5. Non illo vetere verbo quod iure lusisti. 2. de Diu. 53. Hoc ciuii bello quam multa luserunt?

ADVERB. Benè, 1. de Orat. Iocose satis, aliquem familiariter, 2. ad Qu.Fr. Lautissime aliquem, de Amic. Lepide, 33. de Or. Studiose pila, 2. de Orat.

LUDOR, derideor. 8. Fam. 5. Sic multum ac diu ludetur. 1. de Or. 50. Oratio aut nulla fit necesse est, omnium irrisione ludatur. *pro Fl. Ludi te non intelligebas?

ADVERB. Multum ac diu, 8. Fam.

LUDVS, munus, spectaculum. pro Mur. 39. Populus ac vulgus im peritorum ludis magnoperè delectatur. Ibid. Elegantia ludorum & scenæ magnificentia. Ibidem. Ludi magnificentissimi. Ibidem. Ego qui triinos ludos feceram. de Arusp. 24. Hos ludos serui fecerunt, serui spectauerunt. 3. de Ora. 125. In maxima illa ludorum celebritate quinquennali. 16. Att. 5. Commissio ludorum & confectionum ludorum nuncij. 3. Qu. Fr. 4. Quo die ludi committebantur: id est, V III. Cal. Nou. 3. de Fin. 8. Ludis commissis. 3. Qu. Fr. 8. Ius ludos apparat magnificentissimos, sic; inquam, vt nemo sumptuosiores stulte bis terque vel quia non postulat, vel quia munus magnificentum dederat, vel quia potuerat magistrum se, non ædilem putare pro Seft. 116. Qui ludos apparatissimos magnificentissimos fecit. I.P. 65. Paratissimi magnificentissimique ludi pro Arch. 13. Celebrare dies festos ludorum. Ibid. Ludorum epulare sacrificium. Lige, E P V L A R I S. de Cl. 78. Facere ludos Apollini. 2. Att. 19. Ludi Apollinares. 7. V. 36. Ludi Romani antiquissimi. I.P. 8. Ludi compitalij. 1. de D. 55. Ludi votui. 7. Fa. 1. 16. Attic. 5. Ludi Oscii, ludi Græci. 2. A. 110. Heri quartus in circlo dies ludorum Romanorum fuit, Antonius ad populum tulit, vt quintus præterea dies Cæfari tri bueretur. 2. de Leg. 22. Ludis publicis popularer latitiam in cantu & fidibus & tibiis moderanto. 2. C. 91. Ludus gladiatori. *pro Qu. Gall. Omnes logi, qui ludis dicti sunt. 1. de Orat. 24. Ludorum Romanorum diebus.

Exercitatio, 1. Att. 13. Ludus talarius. pro Cæl. 28. Datur enim huic aliquis ludus ætati, concessus omnium. Ibid. 42. Dare ali quid temporis ad ludum ætati. Ibid. 11. Vt exercitatione ludoque campetri vteremur. 3. de Or. 55. Ludus pilæ, vel tessarum, vel talorum. 1. Offic. 150. Ade his, si placet, vnguentarios, saltatores, totumque ludum talarium.

Iocu. Ibid. 103. Nec enim ad ludum & iocum facti sumus. 3. V. 55. Per ludum & iocum euertere aliquem. 7. 180. Per ludum & negligenciam ad honores peruenire. 4. A. 11. Nullus ei ludus videtur esse iucundior, quam crux, quam cades, &c. 2. de Ora. 72. Omnia caterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti. 1. de Fin. 27. Illa perdiscere ludus est.

Schola, 1. de N. 72. Epicuri pater ludi magister fuit. 9. Fam. 18. Vt Dyonisius tyrannus cum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperiisse: sic ego sublati iudicii amissio regno foræsi, ludum quasi habere ceipi. 2. de Or. 94. Isocrates magister istorum omnium, cuius è ludo tanquam ex equo Troiano in numeri principes exierunt. de Clar. 32. Isocratis domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. pro Pom. 28. Is è ludo atq; pueritæ disciplina in militiæ disciplinâ profectus est. 1. de Ora. 100. Hæc est enim in ludo causarum ferre formula. 3. Qu. Fr. 4. Ducebam mecum Ciceronem meum in ludum discendi, non lusionis. *pro M. Font. Mater tua dum vixit, ludum, postquam mortua est, magistros habuit.

ADIVNC T. Aediles. 8. Attic. Amplissimi, magnificentissimi, pro Mur. Antiquissimi, sanctissimi, 7. Verr. Apparatus, mediocres, 7. Fam. Apparatus, magnificentissimique, pro Seft. Apollinares, 16. Att. Casti, solennes, religiosi, castissimi, maximi, de Arusp. Campœtris, pro Cæl. Compitalius, Pisæ, Gladiatori, 2. Caril. Gymnici, 6. Fam. Iucundus, 2. Phil. Nous, cenici, 3. de Ora. Plebeij, primi, votui, 2. Verr. Publici, pro Clu. Romani, 1. de Or. Solennes, 3. de Leg. Summi, Circenses, 8. Fam. Sumptuosus, 3. ad Q. Fr. Talarius, 1. Offic.

Syntaxis. Ludi committuntur. Ludorum commissio. Ludos apparet, facere apparatissimos. Paratissimi & magnificentissimi ludi. Tempus ad ludum datum. Ad ludum & iocum factus natus. Ista facere ludus est. Per ludum & iocum euertere aliquem. Ludum aperire, habere. Ludus & officina dicendi. In ludum ducere aliquem discendi non lusionis.

LUDIVS. pro Mil. 10. Cum ei qui expectare velit, ante iniusta pœna luenda sit, quam iusta repetenda. 3. V. 8. Innocentium sanguis istius supplicio luendum est. *Hortens. Qui nos ob aliqua sclera suscepta in vita superiori pœnarum luendarum causa natos esse dixerunt.

LEVIS, pestis. de Ar. 24. Vt eos ludos hæc lues impura pollueret.

ADIVNTT. Impura, de Arusp.

LUDENDI. 3. Tusc. 62. Hinc sunt illa varia & detestabilia genera lugendi, pedores, mulieres lacerationes genarum, pectoris, femorum, capitis percussions.

LUGENS. pro Dom. 26. Lugente Senatu, mœrentibus bonis omnibus. pro Mur. 88. Statua deformata lugensque.

LUGEO, in luctu sum, squaleo, mæreo. 12. A. 25. Quis bonus non luget mortem Trebonij? 2. de Inu. 97. Illa hostiam mortem lugebat, pro Pl. 101. & 4. Fam. 5. Hos pro me lugere, hos gemere videbam. I.P. 18. Senatum reipub. occalum arque interitum lugere vetusisti. pro Milo. 10. Illi mortem æquo animo nemo ferre potest: luget Senatus, mœret equester ordo, tota ciuitas confecta senio est, squalem municipia, afflignantur colonia, agri deinde tam beneficium, tam salutarem, tam mansuetum ciuem.

desiderant de Cl. 266. Omitamus lugere. 8. At. 15. Neque verò nunc confilium tuum reprehendo, sed fortunam Reipub. lugeo. 2. de Or. 199. Lugere suos. 1. Tusc. 83. Quid ego nunc lugeam vitam hominum?

† A D V E R B. Apertè incommoda patriæ, postquam in Senat. Graui-
ter, 33. Tusc. Quā honestissimè, 4. Fa. Piè, 2. de Orat.

L V G V B R I S, funebris. Postquam ad Quir. 7. Fratris mei lacrymæ
fordésque lugubres. 2. de Leg. 59. Lugubris ciuitatio. 1. Tusc. 30.
Lugubris lamentatio, flet, tūque mōrens.

L V M B V S. in Arat.

— Et Cepheus conditum antē

Lumborum tenus, &c.—

L V M E N, lux. 1. de Diu. 79. Noctu lumine apposito experrecta nu-
trix animaduerit puerum, &c. pro Syll. 40. Vos mihi in tantis
tenebris clarissimum lumen præstulistiſ. Antequam. 9. Vos dij,
qui meæ menti lumina præstulistiſ. 3. de Nat. 9. Natura duo lu-
mina ab animo ad oculos perforata nos habere voluit. de Cla.
66. Sic Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum quasi
exaggerata altius oratio. de Som. 3. Hic tu ostendas oportet
patriæ lumine animi, ingenij, consiliique tui. 1. de Orator. 184.
Propè cunctis ciuibus lumen ingenij, & consili sui porrigit
atque tendere. pro Dom. 115. & 2. de Nat. 95. Varietas lumen
Luna. 2. de Diu. 91. Luna Solis lumine illustrari putatur. 1. Offi.
3. Qui lumen de suo lumine accedit, facit ut nihilominus ipsi
lucet, cùm illi accenderit. de Clar. 261. Tabulas bene pictas in
bono lumine. *2. de Glor. Hic ſt̄us eft vita iampridē lumine
linquens. Prognost.

Ait autem tenui qua cendent lumine Phatna. Incer.

Iupiter auctiferas luſtravit lumine terras.

¶ Exornatio. 2. de Orator. 119. Certis dicendi luminibus ornare
orationem.

¶ Fenebra. 1. 179. M. Buculeius cùm ædes L. Fusio venderet, in
mancipio lumina vti tun̄ erant, ita recepit. ibidem. Qod cui-
cunque particulae cōcli officeretur, quamvis effet procul, muta-
ta lumina putabat.

¶ Dies. 7. At. 25. & pro R. P. 29. Cæsar's interdicta, si te secundo
lumine hic offendoro, respūntur.

¶ Oculi. 5. Tusc. 114. & pro Dom. 105. Democritus luminibus
amissis, alba scilicet & atra discernere non poterat.

† A D I V N C T. Aeternum, altum, autumnale, clarum, commune, cre-
brum, diuinum, gelidum, illustria, latum, magnum, mediocre, obscurum,
parum, perpetuum, plenum, rutilum, summum, superum, tenue,
varium, vernum, volitans, Arat. Bonum, de Clar. Certa, 2. de Orat.
Clarissimum, pro Syll. Clarissima verborum, illustria, vehementia sen-
tentiarum, Ora. Dislucidum, breve, probabile, illustre, suave, Part. Gra-
uissimum, 3. de Orat. Honestum virtutis, 3. de Finib. Fernida, plenissi-
mum, tenuissimum, 2. de Nat. Lata. 2. Attic. Multa, 2. ad Q. Frat. Vitalia,
1. de Diuini.

L V M I N A R I A, fenebra, lumina. 15. Att. 25. Octauam partem tuli
luminarium, mediā abstrahere memineris. Alius, lumen.

L V M I N O S S, illuftris, eminens, excellens. Orat. 125. Tum sunt
maximè lumenſe & quasi actuoſe partes duæ.

† A D V E R B. Maximè, Orat. ad Brut.

L V N A, de Som. 10. In infimo orbe luna radiis solis accensa con-
vertitur. 2. de Diu. 91. Docet enim ratio Mathematicorum,
quanta humilitate luna feratur, terram propè contingens. ibi-
dem. Luna solis lumine illustrari putatur. Ibid. 10. Luna suo lu-
mine, an solis vtatur. 2. de Na. 68. Luna à lucendo nominata est,
eadēmq; est Lucina. Lege. D' I A N A. 3. de Or. 176. Luna accessu
suo & recessu solis lumen accipit. 2. de Nat. 51. Iam solis annuos
cursus spatiis menstruis luna consequitur. Solis annuam luſtrationem,
solis incensa radiis menstruo spatio luna complet. 4.
V. 129. Sicili suos dies mensēque congruere volunt cum solis
lunæque ratione. 2. de Nat. 103. Luna major quam dimidia
pars terræ. 4. Acad. 123. Habitari ait Xenophantes in luna. 1. de
Diu. 18.

Cum claram speciem concreto lumine luna

Abdidit, & subitè stellanti nocte perempta eft. Ibid. 97. Cūm
duo viſi soles, & cūm lunæ tres. 1. Tusc. 92. Cūm luna laborat. 2.
de Fin. 102. Epicurus luna dies singulos vim quandam habere
credidit. 2. de Diu. 91. Cūm ortus nascentium luna moderetur.
2. de Nat. 19. Æstu maritimis frētorūmq; angustias, ortu aut
obitu lunæ commoueri. 2. de Diu. 34. Quid de frētis & mariti-
mis æstibus dicam, quorum accessus & recessus lunæ motibus
gubernantur. Ibid. 96. Plus terrarum situs quam lunæ tactus ad
nascendum valere. aliter, tractus. Ibid. 33. Ostrea & conchylia
omnia cum luna crescunt, pariterque decrescent. ibidem. Arbo-
res cum luna simul senescentes tempestiue cadi. 4. Acad. 89. In-
tendit Apollo arcum luna-ininxus, 2. de N. 19. Luna à sole illu-
minata, grauidates & partus afferit. Ibid. 103. Luna eam lu-
cem, quam accepit à Sole, mittit in terras. Ibid. Luna subiecta.
Soli arque opposita nostris oculis, eius lumen obscurat. de Vn.
28. Luna quando luſtrato suo cursu Solem consecuta eft, fit
mensis. 2. de Nat. 51. Luna iſdem spatiis vagatur, quibus sol.
Ibidem. 56. Luna omnium ultima versatur in terris. 4. Ac. 123.

Luna, terra multarum vibium & montium, secundum Xeno-
phanem. de Vn. 26. Luna cursus terram proxime ambia. 1. de
Nat. 69. Lunæ cursus menses nominantur, quia mensa ipsius
conficiunt. Ibid. 95. Luna luminum varietas cum cœrentis
tum senescentis. Ibid. 19. Luna ortu aut obitu æstus manitum,
frētorūque angustiae commouentur. 1. Tusc. 68. Lunāque
accretione & diminutione luminis, quasi fastorum notatam &
significantem dies. 10. At. 4. Non ante lunam nouam. Som. Scip.
10. Infra lunam nihil eft nisi mortale & caducum. Ita pater ant-
mos hominum munere deorum datos. Ibidem. Supra lunam
lunæ quoꝝ linea menta fint, potesne dicere? Cur eius nomen
alias heberiora, alias acutiora videantur cornua? Prognost.

Vt cum Luna means Hyperionis officit orbis.

† A D I V N C T. Noua, 10. Attic.

L V N A R I S. de Som. 12. Grauissimo autem sono mouetur hic
lunarī atque infimus cursus.

¶ Syntaxis. Luna humilitate summa feratur, utitur non suo lumine,
incensa solis lumine, accensa à sole, laborans. Luna obitus. Luna ver-
tur in terris: id eft, prope terras volutur.

L V O, persoluo. 2. Att. 9. Itaque mei peccati poenas luo. pro Syll. 76.
Luere pœnas Reipubl.

¶ Abſtero. de Sen. 75. Qui morte sua luit collegæ in Cannenſi
ignominia temeritatem.

¶ Expio. 5. de Fin. 54. Lucretia stuprum per vim oblatum volun-
taria morte luit.

L V O R, explor, saturor. 3. V. 77. Sceleratorū libido innocentium
sanguine lutar. ad Brut. 12. Acerbum eft, parentum sceleri filio-
rum pœnis lui.

¶ Syntaxis. Luere pœnas alicui. Peccati pœnas luere. Morte sua lu-
temeritatem. Stuprum oblatum sua morte luere. Libidinem in ſuum
ſanguine luere. Sceleri pœnis luenda. Luenda iusta pœna. Luendus in-
nocentium ſanguis ſupplicio illius.

L V P A, meretrix, ſcortum. pro Milon. 56. Clodius ſemper ſecum
ſcorſta, ſemper exoletos, ſemper lupas ducebat.

L V P E R C A L, locus. 7. Fam. 10. Velia noī eft vilior, quam lu-
percal. Prouerbiū.

L V P E R C A L I A. 2. Qu. Frat. 12. & 2. A. 87. Ad lupercalia C. Cala-
ri, &c. * Frag. epift. Data Lupercalibus, quo die, &c.

L V P E R C I, pro Cælio 26. Fera quædam ſodalitas, & plane paſ-
titia atque agrestis germanorum lupercorum: quorum coito,
&c. * Frag. ep. Lupercis id veſtigal dediſſe.

L V P I N V S. 1. ad Heren. 23. Folliculus lupinus. 3. C. 19. Romulus
parvus atque lactens vberibus lupinis inhians.

L V P V S. 3. A. 27. O præclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum.
13. At. 33. De Varrone loquebamur, Lupus in fabula.

L V R C O. 1. 13. Lurco Tribunus plebiſ, &c.

L V S C V S, uno captus oculo. 2. de Orato. 246. Hic luscus familiaris
meus. C. Sextius. ibidem. Id dixit, quod conuenierit in omnes
luscios.

L V S I O, lusus. 3. Q. Fr. 4. Ducebam mecum Ciceronem meum in
ludum diſcendi, non lusionis. 5. de Fin. 55. Pueri lusionibus vel
laboriosis delectantur. de Sen. 58. Habeant igitur alij ſibi arma,
ſibi equos, ſibi haftas, ſibi clauem, & pilam, ſibi natationes &
cursus: nobis ſenibus ex lusionibus multis talos rehnuant &
teſſeras. 1. de Or. 73. Qui pila ludunt, non vtrunt in ipla luſio-
ne proprio artificio paleſtre.

† A D I V N C T. Laborioſa, 4. de Fin. Multæ, de Senec.

L V S I T A N I A, regio. 10. Famil. 33.

L V S I T A N I, populi. de Clar. 89.

L V S I V S, fluvius. 3. de N. 57. Ideo dictus, quid in eo Iupiter infans lu-
fit, autore Panſania in Arcadicis.

L V S T R A N D V S. 1. de Diu. 102. In luſtranda colonia ab eo, qui
eam deducebat.

L V S T R A T I O, peragratio. 2. A. 57. Peragratio, itinerari, luſtratio,
municipiorum. 5. Tusc. 79. & 1. de Nat. 88. Non montuagos at-
que ſyluestres cursus luſtrationesque patiuntur.

¶ L V S T R A T V S. de Vniu. 28. Mensis autem quid eo Luna lu-
ſtrato ſuo cursu ſolem conſecuta eft.

L V S T R O, peragro. 2. de Nat. 54. Mercurij ſtella anno feri vete-
te ſigniferum luſtrat orbem. Ibid. 161. Totam licet animis tan-
quam oculis luſtrare terram. 2. Famil. 13. Luſtrare iuriſdi-
cīem. 5. de Fin. 87. Pythagoras Ægyptum luſtravit. 4. Tusc. 43.
Luſtrate ultimas terras. de Som. 10. Sol cuncta ſua luce luſtrat
& compleat. 1. Offic. 57. & Par. 38. Cum omni ratione animoque
luſtraueris. 2. de Fin. 115. Per luſtrare aliiquid animo de Vniu.
27. Cum alia maioreca luſtrarent orbem. 5. At. 20. Ad III. Cal.
exercitum luſtravit apud Iconium. 12. A. 8. & 1. de Diu. 102. Cum
imperator exercitum luſtraret; Ibidem. Cum censor deſcer-
populum luſtraret. * Incer.

Iupiter auctiferas luſtravit lumine terras.

† A D V E R B. Latè, Arat.

¶ Syntaxis. Luſtrare iuriſdiſcīem, Ratione & animo luſ-
trare. Exercitum, populum luſtrare.

L V S T A T I V.

L V S T R U M, quinquennale suum. idem quod Olympias Græcis. 1. de Orat. 183. Queritur, qui domini voluntate census sit, si non sit conditum lustrum, sine liber. Attic. 15. Sub lustrum centefi germani negotiatoris est. 4. 15. Lustrum iam desperatum est. 2. de Orat. 268. Lustrum condere, & taurum immolare. 2. Fam. 13. Publicanus etiam superioris lustri reliqua sine sociorum villa querela conferuaram. 5. At. 2. Populi autem nullo gemitu publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil soluerant, etiam superioris lustri reddiderunt.

Estetiam ganea, popina. pro Cæl. 57. Domus, in qua lustra, libidines, luxuries veretur. Postq. in Sen. 12. Cur in lustris & heliationibus huius saltatoris eximia virtus tam diu cessauit? pro Setio 20. Aliquis emersus ex tenebris lustrorum ac stuprorum. 2. A. 6. Vino lustriisque confessus. * pro Cæl. 57. Conuuiorum ac lustrorum libido. 13. A. 2. 1. In lustris, popinis, alea, vino, tempus atatis omne consumpsisse.

TADVERB. Infelix, 2. de Or. Superius, 6. Att.

L V S V S, illus, irras. 2. de Fin. 2. Sed & illum, & cæteros sophistas lulos videmus à Socrate.

L V T E V S, nullus pretij, aur pederis, leuis, ineptus, hebes. 5. V. 35. Deinde hoc homo luteus, etiā callidus ac veterator esse vult. 6. 32. Tum illos cœpisse Prætori dicere: Putasse se, id quod audissent, aliiquis preter scyphos esse Pamphili: luteum negotium esse, non dignum quod in suo argento Verres haberet.

L V T V L E N T V S, lato plenus, & impurus. I. P. 1. Pauci ista tua ludentia virtus noueramus. Ibid. 27. Ludente Cæfoni. pro Qu. R. 20. Persona illa ludenta, impura, iniusta. In Sall. 1. Nihil aliud studet, nisi vt ludentus fus cum quis volatari. pro Qu. Gall. Humus ludente vino.

L V T V M, terra humore soluta & putris. I. P. 59. Hic homulus ex argilla & luto factus. Ibid. 62. O lutum, os fortes. 6. V. 53. Verres in luto totius corporis vestigiis volutatu s. 4. V. 191. Vides caudam illam. Verri tanquam in luto demersam esse in litura. * Frag. ep. Lata & limum aggerebant. Incer. In Narniensi agro siccitate lutum fieri, imbre putuerem.

Syntax. Lutus homo, negotium, vitium, sus.

L V X, lumen. 2. de Diu. 5. 1. Si Deus erat, cur se contra naturam abdidit, vt paterfactus aratro lucem aspiceret? pro S. R. 63. Propter quos hanc suauissimam lucem aspexeris, eos indignissime lucem priuare. Ibid. 13. Comoda quibus utimur, lucemque qua frumenti, spiritumque quem ducimus, à deo nobis dari atque impariū videmus. pro Quint. 74. Communi luce priuari. pro Cl. 31. Hanc à natura propriam lucem accipere. de Clar. 12. Tanquam ad apiciendam lucem esse reuocatum. de Arusp. 49. Lucem non alpicere: id est, latere. Ibid. 57. Eodem tempore suspicimur in lucem, & hoc coelesti spiritu augemur. 1. C. 15. Potestne tibi huius vita hac lux, aut huius spiritus ecclie esse iucundus? cùm, &c. 1. de D. 6. Cum id reliquias, solis videatur luce clariora. pro Cæl. 22. Signa omni luce clariora. Ibid. 47. Sed in turpissimis rebus frequentissima celebritate, & clarissima luce latetur. 4. Aca. 62. Profere in lucem res occultas.

Facilitas, 1. de Nat. 11. Lucem autoris fortasse desiderant sententiae. Ibid. 6. Lucem cripere, & quasi noctem quandam rebus offundere. 4. Ac. 46. Quanta luce ea circunfusa sunt, &c.

Dignitas, honor. pro Pomp. 33. Qui tam breui tempore lucem affere Reipub. potuit. 1. de Orat. 157. Et illa commendatio inclusa in veritatis lucem preferenda est. 2. 36. Historia lux veritatis. 4. C. 1. Hæc vrbs lux orbis terrarum, arx omnium gentium. 1. A. 4. Lux quedam videbatur oblata. pro Dei. 30. Obscuram familiam est tenebris in lucem euocare. pro Pom. 7. Mithridates in vestris vestigalibus: hoc est, in Asia luce versatur. 2. Offic. 44. Tanquam in clarissima luce versetur. 2. A. 76. Primum pedi luce non tenebris: deinde, &c. 14. Fam. 2. Hem mea lux, meum desiderium. pro Ligar. 6. Lux liberalitatis & sapientiae. 4. Ac. 16. Lux lumenque vite, ratio. Cato. 49. Quoties illum lux noctu aliquid describere ingressum quoties nox opprescit. 1. At. 1. Lucis aliquid afferre nostris rebus. de Cla. 32. Forense luce certe. 4. Ac. 31. Luce veritatis menti hominis nihil dulcius.

Dies, 4. ad Her. 49. Luce noctem, nocte lucem expectas. pro S. R. 16. Si canes luce latrent, opinor iis crura suffringantur. 12. A. 23. Qui audeat luci? quis in militari via? quis bene comitatum? quis illum agredi? pro Sest. 83. Luce palam occidi. I. P. 23. Cum arma in templum Castoris luce & palam comportabantur. 3. Offi. 93. Luce palam in foro saltare. 2. de Diu. 57. Cur ante lucem Galli cantant? 2. Qu. Fr. 3. Pridie iduum hæc scripsi ante lucem. 1. Fa. 2. 4. 12. & 2. de Or. 2. 59. Si ad te bene ante lucem venisset. 4. Attic. 3. Metellus cum prima luce in campum currebat. pro Milon. 99. Centesima' ux est hæc ab interitu P. Clodij.

Sydas. In Ar. Illa qua fulgent luces ex ore coruseo. Vita. 3. Tusc. 26. Tute Thyesta damnabis, orbidisq; luce, propter vim sceleris alieni? 2. 10. Finis huius lucis: id est, vita. 7. V. 74. Cur, inquam, ciubus Romanis, quos piratae ceperant, securi statim percussis, ipsi piratis lucis vñram tam diuturnam dedi- fuisse. 1. 12. Omnes denique miseris, qui hac luce careant: id est, qui defuncti sint.

Frequentia. 1. Qu. Fr. 1. 7. In luce Asia, in oculis prouinciarum, atque in auribus omnium gentium esse postulam. de Senect. 12. Nec vero ille in luce modo, atque in oculis ciuium magnus, sed in tuis domique præstantior. 3. At. 19. Lutem omnino fugeram.

Cælum. 1. Diu. 47. Cum mortali corpore cremato in lucem animus excecerit.

ADIVNC. Alien. Som. Scip. Clara, magna, nec parva nec clara, supera, tenuis, Arat. Clarissima, 2. de Nat. Communis, pro Quint. Dulcis veritatis, illufris, 4. Acad. Forensis, de Cl. Infinita, pro Seft. Larga, 2. de Or. Propria, pro Cl. Suauissima, pro S. R. Verissima, pro Cæl.

Syntax. Vitæ lux. Sigillum luce clarius. Lucem reipublica afferre. Lux, lumen, vita ratio. Luce ambulare, & luci. Luce & palam ingredi. In luce omnium præstantissimus. In lucem excedens animus.

L V X V R I A, & **L V X V R I E S**, luxus, intemperantia, libido. pro S. R. 73. In urbe luxuries cretar, ex luxuria auaritia, ex auaritia erumpit audacia. 2. de Ora. 171. Auaritiam si tollere vultis, mater eius est tollenda luxuries. 1. cont. Rullum. 20. Luxuries Annibalem Capuam corrupit. pro Mur. 13. In quo luxuriam reperiire non potest, in eo te vmbra luxurie reperturum putas. Ibid. 76. Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. 1. Offic. 106. Turpe est diffluere luxuria. I. P. 48. Noua quædam & inaudita luxuries. pro Cælio 43. Profusa luxuries nominaretur, pro Corn. 56. Tum luxuriam illius quæ non crimine aliquo libidinis, sed communis maledicto notabatur. 4. V. 154. In mulierum corruptelis & in eiusmodi luxuria atque nequitia. pro Cæl. 57. Domus, in qua lustra, libidines, luxuries, &c. versantur. pro S. R. 39. De luxuria se purgavit. Erutius, cum dixit, hunc ne in coniuio quidem vlo ferre interfuisse. Ibid. 6. Quod per scelus adeptus sis, id per luxuriam effundere atque confundere. 2. de Orat. 135. Quod sumptuosus de luxuria. Ibid. 96. In summa vberate inest luxuries quædam, quæ stylo depascenda est. 1. V. 3. & 5. 160. Luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis. 1. ad Her. 8. Inertia, ignavia, desidia, luxuria. 1. Offic. 92. Hæc libidini potius luxuriaeque quam liberalitati & beneficentia pareat. Ibid. 123. Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti feedissima est.

Invitatis, abque fructu, lascivia. 3. de Orat. 153. Luxuriem esse in herbis.

ADIVNC. Agrestis, 2. Catil. Noua, & inaudita, priuata, pro Mur. Profusa, pro Cal. Singularis, 3. Verr. Turpis omni ætati, & senectuti feedissima, viciofa, atque turpis, tamen ingenuo ac libero digna, 1. Offic.

Syntax. Luxuria diffluere. De luxuria se purgare. Per luxuriam effundere, consumere, & Herbarum luxuries.

L V X V R I O S E, intemperanter. pro Cæl. 13. Cum libidinosi luxuriosi viuere. 2. de Fin. 21. Qui cum luxuriosi viuenter.

L V X V R I O S V S, astus intemperans. 2. de Fi. 22. Luxuriosi reprehendendi sunt ob eam ipsam causam, quod ita viuunt, vt perséquantur cuiusque modi voluptates. 2. con. Rul. 47. Aliquis vt in suis rebus, ita in rep. luxuriosus nepos. I. P. 66. Nihil isto scitore esse luxuriosius: nihil libidinosius. Or. 81. Lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. 2. A. 66. Multa & lauta supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis.

L V X V S, intemperantia, profusus, in vñctu & cultu corporis. 5. V. 62. Nisi forte existimatis eum in vino ac luxu non risisse, qui nunc in periculo ac exitio suo risum tenere non possit.

Syntax. In repub. luxuriosus. Luxuriosus, libidinosus.

L Y B I A. Lege, L I B Y A.

L Y C A O N I A, regio. 15. Fam. 1.

L Y C A O N E S, populi. 2. de Leg. 33. 3. Fam. 10.

L Y C I V M. 1. de D. 8. Cum ambulandi causa in Lycium venimus: nam id superiori gymnasio nomen est. 2. 8. Tum in bibliotheca, quæ in Lycio est, assedimus. 1. de Or. 98. Et longè Academia illi ac Lycio tuum hoc suburbanum gymnasium antepone. 1. de Diu. 22. Inque Academia vñbrifera, nitidoque Lyco. 1. Acad. 17.

ADIVNC. Nitidum, 1. de Diu.

L Y C H N V C H Y S, quicquid lucernam sustinet. nam vt candelabrum candelæ. sic lychnuchus lucerne fulcrum appellatur. 3. Q. Fr. 7. Haec scripta ante ad lychnuchum lignecolum qui mihi erat periculus, quod eum te aiebant, eum esses Sami curasse faciendum.

ADIVNC. Ligneolus, periuncundus, 2. ad Q. Fr.

L Y C H N V S, lucerna. pro Cælio. 67. Lux alia est solis & lychnorum. Pronerbum.

L Y C I I, populi. 6. V. 21. 6. Att. 5.

L Y C O M E D E S. de Amic. 77. Nec enim Neoptolemus Troiam capere potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrymis iter suum impudentem audire vñsset,

L Y C V R G E V S, durus, seuerus, qualis fuit Lycurgus, quileges duras Lacedemonis rulit. 1. At. 10. Nosmetipsi qui Lycurgi à principio fuissemus, quotidie demitigamur.

multi perpetuantur, vt viuant. pro S.R. 86. Hic in summa mendici-
tate est. 4. C. 10. Ut omnes animi cruciatus, & corporis ege-
stas, & mendicitas consequatur. pro Flacc. 35. Potuit dare Serui-
lius: nam fratres quidem confortes sunt mendicitatis. in Var.
2. 3. Qui ex eo magistratu non emerseris ex mendicitate, sed,
&c. 11. A. 4. Pastus mendicitatis. 5. 20. Huius mendicitas audi-
tati coniuncta in fortunas nostras imminebat.

A DIVNCE. Couiuncta cum auditate, 3. Phil. Summa, pro S.R.

MENDICVLVS. 2. C. 5. Exercitus collectus ex rusticis mendici-
culis. rectius foris legas, mediastinis. Lege, E X E R C I T U S.

MENDICVS, MENDICULUS, PAUPER. qui pedem in suo ponere non potest.
pro Mur. 6. 1. Sapientes si mendicissimi sint, diuites esse. 5. de Fi.
84. Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest. 3.
de Or. 90. Instrumentum hoc forensē exiguum sanè atq; men-
dicum est. 8. A. 10. Ex mendicis fieri repente diuites.

A DIVN. Beatus, non modò beatus, sed etiam diues, sapiens, 5. de Fin.

Syntaxis. Corporis egestas & mendicitas. Mendicissimus. Instru-
mentum forensē exiguum atque mendicum.

MENDOSE, VITIOSUS. 3. Qu. Fr. 5. Libri mendosè & scribuntur &
veneunt. 1. Attic. 10. Ad III. Non. Decembri mendosè fuisse
animadueteram, 1. de Inu. 8. Ars mendosè scripta.

MENDOSVS, VIRIOSUS. de Clar. 62. Quanquam his laudationibus
historia rerum nostrarum est facta mendosior. 2. de Orat. 83. In
quo & deesse aliquam partem, & superare mendosum est.

MENDVM, VITIUM, ERRATUM. 4. V. 104. Quid fuit ante scriptum?
quod mendum ista litura corredit? 13. Att. 1. 3. Menda librario-
rum tolluntur. 6. Fa. 7. Nam cùm mendum scripturæ litura tol-
latur, meus error exilio corrigitur. 2. Att. 7. Caltritanum men-
dum nos corrigemus. 14. 24. Idus Martiæ magnum mendum
continent.

Syntaxis. Mendum litura corrigit. Tollere mendum.

MENECLIVS. de Clar. 326. Meneclium studium.

MENENI, POPULI. 5. V. 102.

MENELAUS. de Clar. 50. Menelatum ipsum dulcem quidem tra-
dit Homerus, sed pauca dicentem.

MENIA, columna Roma fuit, ad quam serui fugitiui fires adliga-
bantur: ut hodiè quoque ubique fieri videmus in foro, infamia cau-
sa, furunculos ad columnam quandam vinciri: ea vero a Meni quo-
dam qui eam erexit, appellata est. 1. V. 50. & pro Seft. 124.

MENIA, ab eodem Menio inuentore appellata, genus edificij est, por-
rectis tigris ultra columnas seu parietes adiun, sic ut nusquam extrā
conquiescant, aut nitantur. hoc genus Labeo iuris consultus, Proiecta,
vocat. 4. Acad. teste Nonio.

MENON, Platonis liber. 1. Tusc. 57.

MENS, ratio, animi pars princeps, intelligentia. 3. 10. Mens, cui reg-
num totius animi à natura tributum est. 5. de Fin. 34. Præstan-
tia mentis, cui tota hominis natura paret. 9. Acad. 100. Men-
te moueri. 3. Offic. 44. Mente nihil homini dedit Deus ipse di-
uinus. 3. At. 15. A mente deserit. 5. Fam. 2. Ab illa mente deserte-
ret. pro Quint. 4. & 3. P. 13. Mente bona audire. id est, libenter. 4.
Acad. 53. & 1. Offic. 94. Mente captus. 4. Aca. 3. 1. Menti hominis
veritatis luce nihil dulcior. 1. de Nat. 33. Menti tribuit omnem
diuinitatē Aristoteles. Ibidem. Menti diuinum principatum
tribuit Theophrastus. 1. Acad. 30. Mentem solam censebant
Academicī idoneam cui crederetur. pro Mil. 89. Dijlli men-
tem dederunt. 13. A. 24. Cūm in grēmis mimatum mentem
mentūque deponeres. 1. de Nat. 25. Eam mentem deum esse
dixit Thales Milesius, quæ ex aqua cuncta fingeret. 1. Qu. Fr.
4. Mente exturbare. 2. de Natur. 29. Principatum in se habere
naturam necesse est, vt in homine mentem, in belua quiddam
simile mentis, vnde oriantur rerum appetitus. Tusc. 8. Men-
tem tranquillitatem constantiamque vacuum Philosophi nō
nauerunt insaniam, propterā quod in animo perturbato, sicut
in corpore, sanitas esse non possit. 1. Aca. 29. Mens mundi non
nunquam fortuna ab Academicis vocatur, & quare. Ibidem 30.
Mens rerum iudex. 1. Tusc. 73. Quemadmodum qui acutis
oculis deficientem solem intuerentur, aspectum omnino amittunt:
sic mentis acies seipsum intuens, nonnunquam hebetur.

2. de Natur. 45. Menti aciem abducere à consuetudine oculo-
rum. I.P. 48. Si tuā mentis compos fuisse. 3. Attic. 14. Menti errore
me ex dolore affici. 2. de Natu. 43. Putant aliquid inter-
esse mentis intelligentiam, quo cibo vtare. 1. 26. Menti
Tt

infinita modum omnium rerum descriptionem vi ac ratione designari & confici primus voluit Anaxagoras. 5. Tuf. 66. Alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum oblectatione solertia. Som. 19. Mens cuiusque is est quisque, non ea figura qua digito demonstrari potest. 4. Acad. 31. Mens hominis ad rerum scientiam vitæque constantiam aptissima. Ibidem. Mens hominis *νοταληνην*, hoc est, comprehensionem, quam ipsum per se amat, tum etiam propter viuum. ibidem. Mens hominis usque eod Philosophiam ipsam corroborat, ut virtutem efficiat, ex qua re una vita omnis apta sit. 3. de Nat. 21. Comprehendere aliquid mente. 4. Acad. 14. Mente incitatus: *ad eft, quasi furens*, 1. de Diu. 60. Ea pars animi, qua mentis ac rationis particeps est, pro Milon. 85. Dij illum in eam mentem impulerunt, Dij illi mentem dederunt, Dij illi mentem iniecerunt, ut conatur, &c. 1. Offic. 105. Hominis mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquit, aut agit, videndiq; & audiendi delectatione ducitur. pro Mil. 85. Mens nostra, quia sapimus, quia prouidemus, quia haec ipsa agimus ac dicimus, &c. ibid. Cui primum mentem inicit, ut ferro faceret fortissimum virum, &c. 4. Acad. 50. Mens sensuum fons est. 5. de Fini. 36. Mens principes animi pars est. 2. de N. 18. Mens, consilium, cogitatio, prudenter. Cat. 36. Mens atque animus, nisi tanquam lumini oleum infilles, extinguntur senectute. 1. Tusc. 41. Horum igitur aliquid animus est, ne tam vegeta mens, aut in corde cerebroque, aut in Empedocleo sanguine demersa iaceat. de Sen. 40. Homini siue natura siue Deus nihil mente praestabilius dedit. 1. de Nat. 39. Mens nostra cogitatione quiduis potest depingere. Ibidem. Totius naturæ mens atque animus. Or. 200. Mens, quia nihil est celarius. 4. Acad. 48. Mens mouetur ipsa per se. || 2. de Nat. 43. Interesse aliquid ad mentis aciem putant cibo quo vtrare. 1. 49. Mens intelligentiaq; nostra infixa in eas imagines, &c. 4. Attic. 2. Mentis sensus. 1. de N. 16. Aperta simplexque mens nulla radiata fugere intelligentia nostræ vim ac notionem videatur. de Sene. 72. Integra mente ceteris sensibus. 1. Tusc. 70. Mens diuina in capite. * pro M. Scarr. Quocunq; non modo mens, verum etiâ oculi incidentur. Time. Ratione & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum est Solis & Lunæ. 2. de Finib. 45. Quod rationem habeant à natura datam, mentemque & acrem, & vigentem, cellarimque multa simul agitantem, & ut ita dicam sagacem: quæ & causas rerum & consecutiones videat: & similitudines transfat, & disiuncta coniungat: & cum presentibus futura copulet, omnemque complectatur vitæ consequentis statum.

A Animus. 1. de Nat. 26. Mens cingitur corpore externo. 4. Acad. 30. Mens naturalem vim habet, quam intendit ad ea quibus mouetur. 1. Tusc. 80. Mens omni turbido motu semper vacat. Ibid. Secundum Platonem, qui perturbationes à mente procul semouet ac discludit. 4. Acad. 31. Mens sensibus vtitur. 2. Fin. 45. Mens acris & vigens. 4. At. 8. Mens addita videtur meis ædibus. 4. Acad. 30. Mens alia visa sic arripit, ut his statim vtatur: aliqua sic recondit, è quibus memoria oritur: cetera autem similitudinibus constituit, ex quibus efficiuntur notitia rerum. 1. de N. 18. Mens aliqua est ex hominum solertia, & ea quidē acrior & diuina. 1. Diu. 128. Mens concitata. || 4. Tusc. 53. Est igitur aliquid quod conturbata mens melius facere posuit quam constans. 1. Acad. 26. Mentes singulares è *cœlo*: *hoe eft, animi singularum*. 1. de Nat. 121. Principia, mentesque, quae sunt in uniuerso. pro Rab. 29. Itaque cum multis aliis de causis viorum bonorum mentes diuina mihi atque æternæ videntur esse, tum maximè quod optimi & sapientissimi cuiusque animus ita præsenti in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare videatur. 2. de Nat. 71. Mente & voce plura integra, incorrupta deos venerari debeamus. 9. Att. 16. Mente sana scripta literæ. 3. de Nat. 21. Scuocare mentem ab oculis. 4. Tusc. 3. Mente suam a cogitationum intentione, cantu, fidibusque ad tranquillitatem traducere. Antequam 25. Mens furibunda. 5. Tusc. 70. Existit illa adeo Delphis præcepta cognitione, ut ipsa se mens vitiis exutam cognoscat, coniunctamque cum divina mente sentiat. 1. 39. Mens nostra quiduis videtur cogitatione posse depingere. 2. Diuin. 117. Mens prouida rerum futurarum. 1. 128. Mens soluta somno. pro Rab. 30. Mentes sapientissimorum & fortissimorum ciuium, quæ mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem sanctimoniamque demigrasse. pro Mur. 1. Ut vestræ mentes atque sententia cum populi Rom. voluntate suffragiisque consentiant. 5. Tusc. 67. Nihil est in homine sagaci & bona mente melius.

Cogitatio. 1. 37. Mente complecti aliquid. Ibid. 46. Eadem mente res diffimilissimas comprehendimus. 2. Q. Fr. 3. Neque mente, neque lingua, neque ore consistere. 10. Fam. 5. Mente tota, omnique animi impetu in temp. incumbas.

Consilium, sensus, propositum, voluntas, sententia de Ar. 41. Ut dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad bonam mentem voluntatemque esse conuersa. Ibid. 58. Senatus princeps salutis mentisque publicæ. 1. de Ora. 180. Ego autem defendebam hac cū mente fuisse, ut si, &c. 12. Fa. 14. Ea mente feci, ut, &c. 10. 5.

Tota mente atque omni animi impetu, de Arusp. 41. Ut dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conuersa. 1. de Nat. 51. Sine aliqua mente natura mundum efficere non potuit. 4. At. 3. Mens meæ sensus, aut omnino vita status. I.P. 50. Hic si mentis esset suæ, nullæ pœnas patriæ, disque immortalibus eas quæ grauissime sunt, furore atque infanía penderet, ausus esset, &c. de Arusp. 58. Mens publica. 10. Fa. 24. Quæ mens eum aut quorū consilia à tanta gloria, &c. auocarint. 7. V. 28. Plerique fusi sine vila mente ac si ne illo sensu iacebant. 1. de Nat. 4. Deorum mente ac ratione mundum administrari ac regi.

I Ingenium, natura. 3. de Orat. 195. Mentiibus nostris nihil magis cognatum, quam numeri atque voces. 5. Tusc. 68. Mentiibus tardis virtus non facile cōmititur. 7. V. 35. O dij immortales, quid interret inter mentes hominum & cogitationes? Pod red. in Se nat. 9. Mens angusta, humili, prava. 1. Nat. 26. Aperta simplex mens nulla re adiuncta, fugere intelligentia nostra vim ac notio nementem videtur. 11. Fa. 1. Mente pessima & infidelissima esse. Tusc. 78. Mentes imbutæ prauitatis erroribus.

Memoria. 2. de Na. 168. Hæc mihi ferè in mentem veniebat, quam dicenda putarem de natura deorum. de Arusp. 55. Nisi existimat illi hanc euercionem ciuitatis in mentem subiit nec cogitanti venire potuisse. 4. de Fin. Venit mihi Platonis in mentem. 7. Fa. 3. Mihi solet in mentem venire illius temporis. pro Quint. 6. Non minus saepè mihi venit in mentem potentias, quam æquitas tua. 2. de Orat. 249. Ut quotiescumque gradum facies, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem. Quint. de Pet. 41. Hæc mihi veniebant in mentem de duabus illis com motionibus. 12. At. 36. Nunquam ea res mihi tam bellè in mentem venire potuisse. 7. 13. Cum autem Dolabella venit in mentem, paulum respiro. pro Font. 9. Non ei in Gallia primum venit in mentem ut portorium vini institueret. 1. de Or. 24. Quid ubi in mentem venit ita respondere. 2. de Diu. 57. Quid in mentem veni Callistheni dicere, Deos, &c. de Clar. 22. Mihi in mentem venit vereri, ecquid nam, &c. 4. Fa. 13. Mihi in mentem venit optare. I.P. 46. Mihi non venebat in mentem, furem & infamiam optare vobis. 4. Fa. 10. Venit mihi in mentem subiit, ne, &c.

A D I V N C. Acrior, & diuina, præstantissima, 2. de Nat. Acrior, & ingens, sagax, 2. de Fin. Aeterna, figura membrisque corporis vacua, constans, transuersa. 3. de Natu. Quædam alta, pro Mil. Aperta, simplexque, infinita intenta in alias res pura, integra, incorrupta, sempiterna, de Nat. Aptissima hominius ad rerum scientiam vitæque conflantiam, diuina, fons sensuum. 4. Acad. Augulta, humiles, prava, oppleta tembris, ac sordibus, Postq. ad Quirit. Bona, prava, 8. Fam. Communis, pura, 3. de Or. Conclerata, ac nefaria, conscientia altius sceleris, 15. Effrenata, atque præcepis, liberalis, pro Sest. Constantissima, nefaria, pro Dom. Dementes, multa, recta, de Senec. Diuina, de Somm. Diuina, aquæ æternae, pro Rab. Domestica, & ciuilis, pro Corn. Externa, perfeta, singularis, tardæ, 5. Tusc. Tam infirma, integræ, 33. Att. Furibunda, 1. de Diu. Hostilis ciuium, pro Arch. Humana, ignare, tota, vegeta, Tusc. Idonea cui creditur, 1. Acad. Idonea ad deterendum, 2. de Legi. Imbecillas, de Fin. Impia, publica, de Arusp. Improuida hominius, pro Q. Lig. Incredibilis & diuina, 3. Philip. Infensa, & aduersa, pro Syll. Integra, pro Font. Intima, 2. de Or. Libera, memor, prouida motu futurum, yber, 2. de Diu. Melior, pro Q. R. Optima, de Clar. Peccata, & infidelissima, Fa. Pristina, pro S.R. Sana, 2. Cat. Sanctissima, de Prou. Soluta quadam & libera, segregata ab omni concerione mortali, omnia sentiens, & mouens ipsa, ipsoque prædicta motu sempiterno, 15. Famil. Scelerata, ac nefaria, 4. Cat. Tranquila, 4. Tusc. Vacua aliqua re, 33. Tusc.

Syntaxis. A mente deferi, deferrere. Bona mente audire. Mente cogi. Mente sana scribere. Mens & sententia. Sagax & bona mens. Mente tota & omni animi impetu in rem aliquam incumbere. Ornamenta Ces. ad bonam mentem & voluntatem conuersa. Hæc mente feci. Mente pessima & infidelissima esse. Venire aliquid in mentem. & allius rei, & Platonis, & Platonem.

M E N S A. 6. Ver. 37. Tu maximam & pulcherrimam mensam citram à Lutadio abstulisti. 5. Tusc. 61. Tum ad mensam eximam formæ pueros delectos iussit consistere. ibid. Nec manum porrigebat in mensam. Ibid. 62. Mensa conquistissimis cibis exuberabunt. Ibid. 100. Mensa Italica & Syracusanæ. 2. de Finib. 2. Asori, qui in mensam vomant, & qui de coniunctis afferantur. I. P. 67. Extructa mensa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida, & serui sordidati ministrant. ibidem. Mensam tolli, iubet. 14. Attic. 6. Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa apud Vestorium. 5. 1. Cui tamen Quintus de mensa misit, illa reiecit. de Arusp. 57. Deorum ignis, solennes mensæ, abditæ & penetrales foci. 3. de Nat. 84. Mensæ argenteæ in delubris. 6. V. 131. Mensæ Delphicæ è marmore. pro Flac. 44. Si prator dedit, à quæstore numeravit: quæstor à mensa publica: mensa aut ex vectigali, aut ex tributo. I. P. 88. Quid stipendum militibus per omnes annos à ciuitatibus mensis palam propositis numeratum. de Senec. 44. Senectus caret epulis, extructis que mensis & frequentibus poculis. 2. de Legib. 66. Super terra tumulum noluit quid statui, nisi columellam, aut mensam, aut labellum. in Sallust. 21. Tu omnium mensarum affecta. * Oecon. 1. Vasa quæ ad mensam quotidiam atque epulationem pertinerent.

^{† A D I V N C T . Argentea, 3. de Nat. Extrema, exstructa, I.P. Hospitalis, maxima, & pulcherrima, 6. Ver. Publica, pro Flac. Sana, secunda, 16. Fa- mil. Solemnes, de Arusp.}
MENSARIVS *trapezita, argentarius* pro Flac. 44. Ciuitas in qua numerus moueri nullus potest sine quinque prætoribus, tribus que stribus, quatuor mensariis.
^{¶ Syntaxis. Ad mensam consisterem. Manum in mensam porrigitur.}
Mensas cibis extruere. Ad mensam vomere, & de mensis auferre. De mensa mittere. Mensarum affecta.
MENSIO, *dimensio, mensura*. Orat. 177. Aures vel animus, aurium nuncium, naturalem quandam in se continet vocum omnium mentionem.

MENSIS, *curus Lunæ*. 2. de Nat. 69. Lunæ cursus, qui quia mensa spatia conficiunt, menses vocantur. 2. de Leg. 54. Sed mensem credo extreum anni ut veteres Ferebrarium, sic hic Decembrem sequebatur. 1. Fa. 6. Omnimodo res tota in mensem Ianuarii reiecta erat. 1. cont. Rull. 4. Auætio constituta in mensem Ianuarii. 1. Att. 1. Excusamus mensis Septembri legati ad Pisonem pro Pl. 90. Ego mensis Decembri mei consulatus omnium partidarum tela commouit. 6. At. 2. Non Maij in Ciliciam cogitabam: ibi cum Iunium mensem consumpsisse, Quintilem in reditu ponerem. 2. A. 100. O praclarum illam percursoriam tuam mense Aprili, atque Maio. 13. At. 5. Illam diem negabant esse mense Maio. 4. V. 128. Cepaledi mensis est certus, quo mense, &c. 3. de Nat. 56. Anni primus mensis apud Ægyptios Thoyt vocatur. de Vn. 28. Mensis autem, quando luna lustrato cursu suo solem consecuta est.

^{† A D I V N C T . Aefini, complures, hyberni, 5. Attic. Certus, intercalaris, longus aliquot dies, legitimus, longior uno die, paucali, ridigissimus, vnum, dimidiatusque. 4. Ver. Comitialis, 3. Ver. Dimidiatus, 2. Tuf. Extremus anni, 2. de Leg. Multi, posteriores, 3. Phi. Pauci, 2. Philip. Primus, 2. de Nat. & pro Dom.}

MENSTRUVS, *quod ad mensem durat, & singulis mensibus fit*. pro Qu. R. 86. Aduersaria sunt menstrua, tabula sunt æternæ. ibidem. Qui tabulas conficiunt menstruas, penè rationes in eas transuerterunt. 1. de Nat. 88. Solis annuam lustrationem menstruo spatii luna compleat. 4. de Fin. 30. Si ei qui iucundè vixerit annos decem, vita iucunda menstrua addatur. 5. V. 72. Menstrua cibaria. 2. de L. 4. In delubris communibus textile, nec operosis quam mulieris opus menstruum. 1. de Inu. 39. Cum aliquis anni, menstrui, diurni, nocturni, spatij certa significatio. 4. de Fin. 30. Vita menstrua, & vita decē annorum. * Oec. 1. Quid menstruum esset, seposuimus.

MENSURA, *modus*. de Clar. 15. Hesiodus eadem mensura redere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatore, si possis. 1. Offic. 41. Ea qua acceperis vtrenda, maiore mensura, si modò possis reddere iubet Hesiodus. 13. At. 13.

Aὐτῷ τῷ μήτερῷ καὶ λάοιον αἴτη δύναται. Orat. 67. Quicquid sub aurium mensuram aliquam cadit, numerus vocatur. de Vn. 28. Ut esset mensura quedam euidens, quæ in istis octo cursibus celeritates tarditatēque declarat.

^{† A D I V N C T . Cumulator, 5. Ver. Euidens, de Vn. Maior, 1. Offic.}

MENSVS. 2. de Nat. 69. Menses, quia mensa spatia conficiunt, nominantur.

^{¶ Syntaxis. Numerus est, quod cadit sub aurium mensuram.}
MENTA, *herba nota*. 9. Fa. 22. Ruta & menta, recte vtrisque. Volo mentam pusillam ita appellare, ut tutelam, non licet.

^{† A D I V N C T . Pusilla, 9. Famil.}

MENTE *captus, delirus*. 3. C. 21. Hic quis potest esse tam auersus à vero, tam mente captus, qui, &c. I.P. 47. Vecors, furiosus, mente captus, tragicō illo Oreste aut Athamante dementior. 1. Off. 94. Falliri, errare, decipi, labi, tam dedecet, quam delirare & mente esse captum.

MENTIO, *sermo, commemoratione, usurpatio*. 1. V. 50. Casu in eorum mentionem incidi. 7. 165. Mentione atque usurpatio ciuitatis, mortis moram assequi. de Am. 3. Cū Scæuola in eā mentionem incidisset. pro S.R. 5. Eius rei mentio facta non est. pro Quint. 37. Doce aliquando mentionem fecisse. pro Cæl. 6. 0. Sed enim hæc facta illius clarissimi viri mentem meam dolore impediuit. de Cl. 117. Et quoniam Stoicorum est facta mentio. Qu. Cælius Tubero fuit, &c. Ibid. 131. Non fecissem hominis penè insimū mentionem, nisi, &c. I.P. 23. Tu etiam facis mentionem consularis tui? pro Cl. 73. Pecunia mentionem quandam inter iudices esse versatam. 3. de Leg. 14. Demetrius ille, de quo suprà feci mentionem, 3. cont. Rull. 4. De quo apud vos ante feci mentionem. Postquam ad Quir. 9. Nunquam de C. Mario in Senatu mention facta est. 2. Qu. Fr. 10. De te à Sipyllo mention est honorifica facta. 2. A. 39. Nunquam ab eo mention de me nisi honorifica, nisi plena amicissimi defiderij. 8. Fa. 4. mention facta est de legione ea, quæ, &c. ibidem. Sed non statim sub mentionem & conuicium obtrectatorum. 5. Att. 9. Nec tui mentionem intermitti finimus. 4. V. 95. pro S.R. 5.

^{† A D I V N C T . Fatua, 8. Fam. Honorifica, 1. ad Q. Frat. Honorifica & plena defiderij. 2. Phi. Indigna ciuium, pro Rab.}

^{¶ Syntaxis. In mentionem alicuius incidere. Mentionem rei cuius-}

dam inter aliquos versari. Mentionem facere Cesaris, & de Cesare. intermittere mentionem alicuius.

MENTION, *mentior, mendacium dico, orationis vanitatem adhibeo, temporis causa fingere* pro Q. R. 46. Nā qui mentitur, peccare consuevit. 2. de Nat. 15. In quibus rebus nihil vñquam vetustas mentita sit. 4. Ac. 96. Si te mentiri dicis, idque verum dicis, mētiri verum dicis. 12. At. 22. Mentiri in aliqua re. 3. de Natur. 14. Præsertim cū isti plurimis de rebus diuinis mentiantur. 2. de Orat. 189. De me autem nihil est causa, cur mentiar. 4. Acad. 13. Et de hoc quidem nihil mentiuntur. de Clar. 42. Concessum est Rhetoribus mentiri, vt, &c. pro Cluent. 62. Redargime, si mentior. pro Planc. 72. Me quæ de Plancio dicere, mentiri, & temporis causa fingere. pro Dom. 50. Non modò non clementis sum autoritatem Senatus, sed etiam, &c. 1. Qu. Fr. 1. 12. Natura, frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio vero sæpiissime. 1. Offic. 150. Nihil enim proficiunt, nisi admidum mentiantur.

^{† A D I V N C T . Admodum, 1. Offic. Aperte, 4. Acad. Cupide, & liberente, pro Q. Rosc. Gloriæ, pro Mil. Honestiæ, 3. Offic. Improbæ, pro Quint. Impudenter, pro Flac. Impudentissime, 6. Ver.}

MENTION, *à mentior, ut videtur id est, mendacium*. 3. ad Her. 3. Maturationes, mentiones, &c. mentions, aliter.

MENTION, *in sal*. 2. Dabo operam, ut in hunc minime mentitus esse videar. 2. de Nat. 56. Quæ ordine & ratione vacant, ea mentita & falsa plenâque erroris sunt.

^{¶ Synt. Mentior in hoc, de hoc, hoc in aliquem. Qua ratione vacant, ea mentita & falsa plenâque erroris sunt. (Mentitus igitur homo est, atque res.)}

MENTION, *6. V. 38. Lege, T. O. F. V. M. A. 9. Att. 7.* Velle habere Homerii illam Mineruam simulatam Mentoris, cui dicere, p. 150, &c.

MENTION, *la, p. 150, menta. Lege, M. E. N. T. A.*

MENTION, *pars subiecta ori, à gula eminens in qua barba*. 13. A. 24.

Cū in gremiis mimarum mentem mentumque deponeres. 6. V. 94. Ricetus simulachri Herculis ac mentum paulo attritus. 2. de Ora. 266. Testius in dicendo mentum intorquens. I.P. 14. Altero ad mentum depresso supercilios. 1. Tusc. 10. Mento sumam aquam attingens siti enectus Tantalus. 4. ad Her. 64. Hic, cui sanè magna est in mento cicatrix. ibidem. Sinistra mentum subleuare.

^{† A D I V N C T . Paulo attritus, 6. Ver.}

MERCATOR, *negotiator, venalitius, mercaturam faciens, venditor & emptor*. Orat. 232. Diuitiae, quibus omnes Africanos multi venalitij mercatorésque superarunt. Postq. in Sen. 9. Mercatores prouinciarum, ac venditores vestrae dignitatis. 1. Offic. 150. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus, ut statim vendant.

^{† A D I V N C T . Callidus, 13. Phil. Peritus, 14. Phil.}

MERCANDVS. 9. Atti. 4. Ego vero hæc officia mercanda vitâ puto.

MERCATORIA, *nundinatio, negotiatio*. 7. V. 71. Alij à prædonibus erant capti cùm mercaturas facerent. Parad. 6. Qui honeste rem querunt mercaturas faciendis. 2. cont. Rul. 64. & 5. de Finib. 91. Quæstuoſissima emendi & vendendi mercatura. 1. de Nat. 123. Non erit ista amicitia, sed mercatura quædam utilitatum suarum. 1. Offi. 151. Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est: fin magna & copiosa, multa vnde apportans, inutilisq; fine vanitate impatiens, nō est admodum vituperanda. 3. 6. Ad quos cùm tanquam ad mercaturam bonarum artium profectus sis, inanem redire turpissimum est.

^{† A D I V N C T . Magna & copiosa, 1. Sordida, renuis, 1. Offi. Quæstuoſa, 5. de Fin. Quæstuoſissima, emendi & vendendi, 3. de Fin. Quæstuoſissima emendi, & vendendi, turpissima, 1. cont. Rul.}

MERCATORIA, *nundina, emporium, conuentus*. 2. A. 6. Cū domi tua turpissimo mercatu omnia esset venalia. 2. de Inu. 14. Qui-dam proficisciens ad mercatum quendam, & secum aliquantum nummorum ferens, &c. 4. V. 133. Tanto mercatu prætoris in dicto concurrebit vndeque ad istum Syracusas. 3. A. 30. Earumque rerum omnium Antonius domesticum mercatum instituit. 5. Tusc. 9. Pythagoras dixit similem sibi videri vitam hominum & mercatum eum, qui haberetur maximo ladorum apparatu totius Græcię celebrat: nam vt illic alij corporibus exercitati gloriam & nobilitatem corona peterent, alij emendi aut vendendi quæstu lucroque ducerentur, esset autē quodam genus eorum, qui, &c. item nos, &c.

^{† A D I V N C T . Domesticus, 3. Phil. Tantus, 4. Ver. Turpissimus, 2. Philip.}

^{¶ Syntaxis. Mercaturam facere. Emendi ac vendendi mercatura. Mercaturam indicere, inserviare.}

MERCEDVLA. 13. Att. 11. Constituerem mercedulas prædiorum. 1. de Orat. 198. Homines mercedula adducti.

MERCENARIVS, *operarius conductus, cum mercede*. 1. gratius, 2. Offic. 150. Illiberales & sordidi quæstu merceaariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. 1. de Leg.

Quid liberalitas, gratuitate est, an mercenaria? si sine praemio benigna est, gratuita: si cum mercede, conducta. I.P.49. Gabinius tribuit le mercenarium comitem regi. pro Milo.46. Trib. Pleb. Clodij mercenarius. 3. Fa. 11. De mercenariis testibus à suis ciuitatibus notandis, &c. 7. V. 58. Audite decretum mercenarij prætoris. pro Cec. 38. Si tuus seruus nullus fuerit, & omnes alieni ac mercenarij. pro Cluent. 163. Ennius egens quidam mercenarius Oppianici. 1. Offic. 41. Vti seruus, vt mercenarius, ad operam exigendam. pro Sest. 82. Mercenarius meus. 3. Ver. 111. Caput mercenario procerio ornatum.

MERCEs, penso, premium, pretium, fructus. pro Arch. 28. Virtus nullam aliam mercedem laborum periculorumque suorum desiderat, prater hanc laudis & gloriae. 3. Fa. 10. Tribuere mercedem laborum alicui. 4. Acad. 98. Minam Diogeni reddet: haec enim erat merces Dialeticorum. 2. de Orat. 210. Si quam gloriam peperit, ea non est aqua merces laboris & periculorum. pro Dom. 23. Cum ab eo merces tui beneficij premiumque prouinciae meo sanguine tibi esset persolutum. I. P. 30. Quorum mens era oppresa præmio, lingua adstricta mercede. 1. de Diu. 92. Ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis autoritate abduceretur ad mercedem atque questum. pro Mur. 67. Si mercede conducti obuiam candidatis issent. 7. V. 49. Pretio atque mercede minuisti maiestatem. reipub. Ibid. 109. Ab omnibus tu mercedem missionis acceperas. Ibid. 133. Mercedem funeris ac sepulturæ constitui nefas esse. ad Brut. 17. Merces Antonij oppresi poscitur, in Antonij locum successio. pro S. R. 80. Mihi videris, Eruci, una mercede duas res assequi velle. ibid. Accusare eos, à quibus mercedem acceperisti. 3. Q. Fr. 3. Magna nobis à te proposita merces est. Ibid. 1. Id me scis antea tibi esse pollicitum: quid nunc puras tanta abs te mihi mercede propofita? 2. de Finib. 99. Probitas præmiorum mercedibus euocata. Ibid. 85. Vides igitur, si amicitiam emolumento metiare, summas familiaritates præditorum pretiosorum mercede superari. 2. Fa. 6. Numerare aliquid in loco mercedis, vel beneficij. 1. At. 13. Noctes certarum mulierum pro mercedis cumulo fuerunt. 5. V. 76. Merces pretiumque impudentia. 3. 147. Quantum paucæ opere, & mercedes fabrorum tulerunt. 3. Tuf. 12. Nam istuc nihil dolere, non sine magna mercede contingit, immanitatis in animo, stuporis in corpore. 1. de Orat. 126. Summus ille docto Apolloninus cum mercede docet, non patiebatur, &c. 1. Fa. 9. Tamen in molesta gaude, eandem fidem te cognosce, re hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoueram. 2. A. 8. Iam in iudeo magistro tuo, qui te tanta mercede quanta iam proferam, nihil sapere docuit. Ibid. 43. At quanta merces rhetori data? ibid. Ut pro tanta mercede nihil sapere disceres. 12. At. 31. Ut sumptus huius peregrinationis accommodet ad mercedes Argiletæ & Auentini. 15. 17. Velim que ras ab Erote, vbi mercedes insularum. Ibid. 20. Mercedes dotatium præditorum. pro Do. 29. Data est merces erroris mei magna. de Amic. 82. Ipse se quisque diligit, non ut aliquam à se ipso mercedem exigit charitatis luæ. 1. Offic. 150. Est enim in illis ipsa merces autoramentum seruitutis. 5. V. 119. Ut si quis villus eo fundo, cui H-S. dena merces esset, excisis arboribus ac venditis, &c. Lege. M E R I T O. ver. * con. C. Anton. Augere etiam mercedes si vultis. Acad. Honestatem ipsam suo splendore in se animos ducere, nullo proflus commido extrinsecus posito, & quasi lenocinante mercede. 12. Atti. 31. Maiores sumptus facturos, quam quod ex eis mercedibus recipietur.

ADIVNC. Aequa laboris & periculorum, 3. de Orat. Certa flagitij, nec ea parua, tanta, 2. Phil. Fallaces, & fuscæ, pro C. Rab. Iniqua, 2. de Orat. Magna, de Opt. gen. or. Parua, 5. Verr. Pauca, 3. Verr. Publica. 2. Verr.

Syntaxis. Mercedem dare, confiruere, tribuere, persolue. Mercede lingua asperita, adducta, conductus. Accipere mercedem, propone. Mercedis loco numerare. Merces ac premium pietatis. Mercede docere. Magna mercede facere periculum. Agri merces annua: id est, penso.

MERCOR, nundinor, emo. 4. V. 122. Ab isto & præco Senatorium ordinem pretio mercatus est, & pueri Senatorium nomen nundinati sunt. pro Fl. 46. Is fundū Romæ mercatus est de pupillo. 7. Fam. 23. Si ea mercatus essem, quæ volueram. 1. Offic. 150. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendant. pro S. R. 133. Mercari aliquam rem magno pretio.

* Oeon. 2. Mercari villicum tanquam fabrum.

Syntaxis. Pretio aliquid mercari. De aliquo aliquid mercari.

MERCVRIALIS. 2. Q. Fr. 5. Capitolini & Mercuriales. id est, sacerdotes, vel augures.

MERCVRIVS, Hermes. 3. de Nat. 56. Mercurius vnius Coeli patre, Die matre natus. & ibi de Mercuriis multa. 2. 54. Infra hanc autem stellæ Mercurij est, ea σίλεω appellatur à Græcis, quæ anno ferè vertente signiferum lustrat orbem, neque à Sole longius unquam vnius signi intervallo discedit, tum antevertens, tum subsequens. de Vn. 26. Lucifer & sancta Mercurij stella. de Som. 10. Mercurij cursus. 7. Fa. Mercurij signum. de Som. 12. Mercurij & Veneris eadem vis.

MERENS. 5. A. 28. Honores bene de rep. meritorū & merentium. MEREO, & MEREO, commercio, promeror, lucror. 1. V. 60. Inserias ferendo maiorem laudem quam vlciscendo merere. 1. de Or. 232. Respondit se meruisse, vt maximis honorib. decorare omnibus pro eo ac merentur, gratiam morte multassem. 43. Dijeronem & vt rogas amo, & vt meretur, & vt debeo. ad Brut. 1. Ad R. 44. Alicui fructum quem meruit, retribuere. 10. Fam. 17. Fas valeas, dignitatēque meam, si mereor, tucaris. 9. Attic. 5. Et sic hoc sape facturus sum, ita de me mereris. pro Sest. 1. Mereti de aliquo. 5. V. 59. Malè mereri de aliquo. de Amic. 92. Multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amitos qui, &c. Orat. 166. Eam quam benemeritam esse aurum, dicas male mereri. 10. Att. 4. Cum cogito me de repub. meruisse optimam referam. 12. Fa. 12. Ac velim vt de repub. mereremus, sic flices simus. 13. 4. A te peto, vt ita de repub. merere, &c. pro Font. 5. Optimè de sociis meritum esse. de Cla. 254. Bene dealquo meritum esse. 1. Fam. 9. Lætor te de me esse optimè meritum. 3. de Leg. 32. Pernicisè merentur de rep. vitiosi principes. 7. At. 1. Pompeius erat de me optimè meritus. 9. 6. Ita meruisse illum de me puto, vt ἀποτελεῖται crimen subire non audem. 1. A. 119. Opto vt ita cuique eueniat, vt de repub. quisque mercatur, pro Milon. 94. Stet hæc vrbs præclara, quoquo modo merita me erit.

Milito. pro Cæl. 11. Mereri stipendia. pro Mur. 11. Murana adolescens patre suo imperatore meruit. pro Rab. 21. P. Servilius, quo tu imperatore Labiene meruisti. 7. V. 160. Clamabat se meruisse cum L. Prælio pro Mur. 12. Meruisse stipendia in bello. 1. A. 20. Qui equo meruisset. 2. de Or. 258. Asellus merens stipendia. pro Q. R. 28. Nam illa membra mereri per se non amplius possunt, duodecim æris. Ibid. 23. Roscius H-S. CCCLIII. merete & portu & debuit. 1. de N. 67. Quid enim mereas, vt Epicurus esse desinas? 2. de Fin. 74. Quid enim mereri velis iam eum magistratum inieris, &c. quid mereris igitur, vt de dicas, &c. 6. V. 135. Quid arbitramini Rheygnos mereri velle, vt ab his morea Venus illâne auferatur: aliter, nolle.

ADVER. Malè de se. 5. de Fin. Melius, 4. Tusc. Optimè de Rep. 10. At. Pernicisè de repub. 3. de Leg. Proximè pœnas, 5. Ver.

Syntaxis. Pro eo ac quisque meretur, gratiam referre, id est, tradere. Nihil ille meretur, id est, nullam pœnam. De aliquo mereri, malè, bene, melius, optimè, pernicisè. Stipendia mereri, & merere. Meret, ab solvendis.

MERETRICIUS. pro Cæl. 37. Cur te in istam vicinitatem meretriciam contulisti? Ibid. 1. Aliquem meretriciis opibus acculari. pro Cæl. 48. Meretricia vita, meretricius mos, meretricij amores. 5. V. 6. Meretricia disciplina. 2. A. 44. Meretricius quafus. M E R E T R I X, scortum, lupa, mulier vulgata omnibus, que omnibus pernulugat, que domum suam patefecit omnium cupiditatibus. pro Dom. 111. Tanagraea quadam meretrix suisse dicitur. pro Cæl. 49. Ut non solum meretrix, sed procax etiam videatur. Ibid. Lais & Citheris meretrices.

TADIVNE. Publica, 1. de Inuent.

MERETRICIUS. 1. de N. 94. Sed meretricula etiam Leonium contra Theophrastum scribere ausa est. 5. V. 30. Non à patre ei tradit, sed à meretricula commendari.

MERGO, immergo. 2. de Nat. 124. Aues quæ se in mari mergunt & emergunt. Ibid. 8. Mergere aliquem in aquam.

MERGOR. in Arat.—Mergitur vnda Delphinus.—

Syntaxis. Mergere in mare, in mari, mari.

MERIDIANVS. 3. de Ora. 17. Omne illud meridianum tempus Crassum in attentissima cura posuisse.

MERIDIATIO, meridianus somnus. 2. de Diu. 142. Nunc quidem propter intermissionem forensis operæ, & lucubrations detraxi, & meridiationes addidi, quibus vt ante non solebam.

MERIDIENS, media die pars. Orat. 157. Meridiem dixerunt, non meridiem credo, quod erat insuauius. 2. Tusc. 9. Cum ante meridiem dictioni operam dedissemus, post meridiem in Academiam descendimus. 4. At. 3. Milo permanxit ad meridiem. 145. Hodie Antij, cras ante meridiem domi. 2. Q. Fr. 15. Ego eadem die post meridiem Vatinium aderam defensurus. 1. At. 1. Si iudicatum erit meridiem non liquere.

Australis mundi regio. 2. de Na. 50. Sol cursum inficitum ad Septentriones, tum ad meridiem. 1. de Diu. 31. Qui ad meridiem spectans in vinca media dicitur constiſſe. * 5. de Leg. Sol paululum à meridiie deuexus videtur.

Syntaxis. Ante, post meridiem. Ad meridiem manere. Ad meridiem spectare, cursum tenere.

MERITO, MERITISSIMO, iure, optimo iure. 1. Offic. 11. 7. V. 171. Et merito & iure commouebamur. 1. de Orat. 234. Quem omnes amare meritissimo, pro eius eximia suauitate debemus. 3. C. 14. Deinde prætores merito ac iure laudantur. Antequam 4. iure & merito possum, &c.

M E R I T O S . V . 1 9 . Vt si quis villicus ex eo fundo qui H . S . do-
na merita set, excisis arboribus ac venditis, &c. domino X . X .
millia numinum pro X . miserit. vereor, ne sit mordosus locus. Le-
g . M E R C E S , in extremo.
M E R I T O R I V S , impudicus . 2 . A . 1 0 . Pueri ingenui cum merito-
riis, scotta inter matres familias versabantur.
M E R I T U M , proueritum, beneficium . 1 . F a . 8 . Re quidem ipsa ideo
michi non satisfacio, quod nullam partem tuorum meritorum
non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia conse-
qui possum. 1 . 1 . Tanta enim magnitudo est tuorum erga me
meritorum, vt, &c. 3 . A . 3 9 . Vt pro tantis eorum in rem. meritis
honores eis habeantur, gratiaeque referantur. Ora . 1 3 3 . De suis
in rem. meritis dicere. 1 1 . F a . 1 7 . Magna eius in me non dico
officia, vel merita potius. 1 0 . 2 4 . Tu cuius ille tanta merita ha-
bet, quanta nemo praeter me. de Amic. 2 6 . Dare & recipere me-
rita. 3 . A . 1 4 . Propter eorum diuinum & immortale meritum. 3 .
C . 1 5 . Atque etiam supplicatio diis immortalibus pro singulari-
corum merito, meo nomine decreta est. 3 . A . 2 5 . Meritoque ve-
stro maximas gratias vobis omnes & agere & habere debe-
mus. 4 . Attic . 1 1 . Apud patronum te in maxima gratia posui, &
herculē merito tuo feci. 1 4 . F a . 2 . Pisonem nostrum merito eius
amo plurimum. pro Sest. 3 9 . C . Cæsar, qui à me nullo meo me-
rito alienus esse debebat.

† A D I V N C T . Amplissima, egregia in rem. plurima in aliquem, præ-
flancissimum, 5 . Philip . Diuina, magna, præclaræ, summa in aliquem, 1 1 .
Fam . Diuina, immortaliaque, multæ, præclaraque, 4 . Phil . Diuum, at-
que immortale, 3 . Phil . Immortalia, de Sene . Innumerabilia, pro Marc .
Magna, 6 . Fam . Magna atque incredibilia, 4 . Phil . Maiora in aliquem,
2 . Att . Maxima in aliquem, 1 . Fam . Maxima, & penè immortalia, 1 0 . Fam .
Maxima, & plurima, 9 . Famil . Minora, summa erga aliquem, pro
Planc . Multa, & mala, 4 . Ver . Perpetua in aliquem, pro Deior . Singula-
, 2 . Catil . Singulæ in rempub . pro Mil . Summa, 8 . Att .

M E R I T U R V S . 1 . Acad . 2 6 . Tu vero bene etiam meriturus mihi
videris de tuis ciuibus.

M E R I T U S , debitus, iusbus . 2 . de Ora . 2 0 3 . Aliquam iracundiæ non
injustam, sed meritam ac debitam fuisse defendere. 3 . 1 4 . Alicui
debitam gratiam meritamque referre. pro Milo . 8 6 . Vobis ille
seram quidem, sed iustum & debitam pecuniam personavit. pro
Dom . 3 7 . Imberbis adolescentulus, bene valens & meritus. 5 .
Tusc . 6 . Philosophia optimè de hominum est vita merita.

† A D V R B . Bené de nomine, & dignitate, de Clar . & de Opt . gen . Be-
né de populo . 5 . Ver . Bené de suis, de repub . optimè de salute patriæ,
præclaræ de repub . pro Sest . Diuinitus, postquam in Senat . Mirificè de
repub . optimè, 1 2 . Fam . Malè aliquid de aliquo, optimè semper, pro
Mil . Non ita de laude aliquius, in Piso . Optimè de prouincia, pro Font .
Optimè ciuitas, pro Corn . Bal . Optimè de hominum vita, 5 . Tusc .

¶ Syntaxis . Merito & iure: & contrà . Fundus meritat aureos de-
tem . Merita dare, ac recipere . Pro singulari tuo merito rogo . Id feci
merito tuo, id est, quia meritus es .

M E R V L A , quis solitaria . 5 . de Fin . 4 4 . Euolare merulas .

M E R Y S , solus, purus, liquidus . 1 . At . 1 5 . Non homo, sed litus atque
aer & solitus mera . 3 . de N . 9 5 . Vehementius inuectus es in me-
rari Stoicorum rationem . 4 . At . 7 . Cherupis mera monstra nun-
ciar . 9 . 1 5 . Dolabala suis literis merum bellum loquitur . 6 . 3 .
Mera nugæ . 9 . 1 2 . Mera proscriptio, meris Sullaæ .

M E R X , res veniales . pro Pomp . 5 5 . Insula Delos, quæ omnes vnde-
que cum mercibus atque oneribus comeabant . in Vat . 1 2 .
Cum te non custodem ad continendas, sed portitorem ad par-
tiendas merces misum putares . pro Rab . 3 9 . Fallaces & fucosæ
merces chartis & linteis & vitro delatae . 2 . de In . 1 5 4 . Ille, cuius
merces erant, in gladium incubuit .

M E S O P O T A M I A . 2 . de Na . 1 3 . Mesopotamiam fertilem efficit
Euphrates, in quam quotannis quasi nouos agros inuehit .

M E S S A N A , ciuitas . 3 . V . 1 7 .

M E S S I S I . de Ora . 2 4 9 . Nemo ignorat, quid sit sementis ac mes-
sis, quid arborum putatio ac vitium . 5 . At . 2 1 . Fames tum erat in
hac mea Asia; messis enim nulla fuerat . Semente prohibita &
melle amissa . Lege . S E M E N T I S . Parad . 6 . Qui cædes munici-
piorum, qui illam Syllani temporis messem recordaretur .

M E S S O R I . 3 . de Or . 4 3 . Non mihi Oratores antiquos, sed messo-
res videris imitari .

M E S S O R I V S . pro Sest . 8 2 . Gracchus messoria se corbe con-
texit .

M E T A , particula . pro Mar . 1 3 . Cæsar memet tibi reddidit . 3 . de Ora .
7 1 . Non de memet ipso, sed de Oratore dico . Ibid . 2 9 . Quāquā
memet mei penitet . 2 . cont . Rull . 2 . Memet ipsum . pro Cæl . 5 .
Propter quod egomet, &c. 1 . Att . 5 . Nobis metipis tum deni-
que cum illo venimus, placemus . 2 . de Na . 5 8 . Vt nos metipis qui
animis moquemur & sensibus . 3 . 4 7 . Nobis metipis .

M E T A , conus, terminus . 2 . de Diu . 1 7 . Vimbra terræ, quæ est meta
noctis . pro Cæl . 7 5 . In hoc flexu quasi ætatis, fama adolescentis
paulum hæsit ad metas notitia noua mulieris, &c .

M E T A P O N T U M , Italia oppidum . 5 . de Fin . 4 ,
Metator . 1 1 . A . 1 2 . Saxa castrorum ante metator, nunc, vt
spat, virbis . 1 4 . 1 0 . Saxa peritus metator & callidus, virbem iam
attempda sua diuferat . Lege . D E C E M P E D A T O R .

* M E T E L L I N V S . 1 . At . 1 0 . Oratio Metellina .

M E T E N D V S . 3 . Tuscul . 5 9 . Vita omnibus metenda, vt fruges.
Poëta .

M E T H Y M N Æ V S . 2 . 6 7 . Arion Methymnæus .

M E T I E N D V S , mensurandus . 5 . 4 9 . Obscenæ voluptates non ge-
nere aut loco aut ordine, sed forma, ætate & figura metiebas
putant . Parad . 3 . Nec enim peccata rerum euentu, sed vitiis ho-
minum metienda sunt . Orat . 1 9 4 . Pedes non syllabis, sed inter-
uallis metiendo esse .

M E T I O R , dimetior, permetior, pondero, definio, dirigo, describo nor-
ma, regula . || Quid significet planum est . Sed monendi indoctiores hic
sunt, ne menutare, quod Barbarum est, dicere assuecant: neque item
mensurator, pro quo Cicero, metator, decempedator & decempe-
da, sed, Metator, potius eorum erat qui castris locum, & spatium de-
signabant, posteriora verò duo Latine notant, qua imperiti inscire per
mensuratorem efferunt . 5 . V . 1 9 2 . Coge vt ad aquam tibi Ennen-
ses frumentum metiantur . 9 . Fa . 1 7 . Venientem agrum metiuntur.
1 . de Natur . 2 1 . Æternitas, quam nulla temporis circumscrip-
tio metitur . 1 . Offic . 1 5 4 . Etiam si metiri se mundi magnitu-
dinem posse putet . 4 . Acad . 1 2 8 . Nec affirmabunt signum illud
si mensi erunt, sex pedum esse . 5 . V . 1 9 7 . Metiri numeros, id est, nu-
merare . 1 . Tuscul . 9 0 . Patriæ charitatem non sensu nostro, sed
salute ipsius patriæ metiri . 2 . de Finib . 8 5 . Metiri amicitiam sua
ipsius amicitiae charitate . 7 . Famil . 1 2 . & 2 . de Finib . 5 6 . Metiri
omnia sua voluptate . 1 2 . A . 3 1 . Totum huiusce rei consilium
non periculo meo, sed utilitate reip . metiar . 1 . de Orat . 7 . Clা-
rorum hominum scientia rerum gestarum magnitudine meti-
ri . 8 . At . 1 6 . Ego qui omnia officio metior . 2 . de Or . 3 3 5 . Pecunia
fructum utilitate metimur . 1 0 . Famil . 4 . Fidelitas, quam ego ex
mea conscientia metior . 3 . de Orat . 5 9 . Ij qui nunc voluptate
omnia metiuntur . 3 . Q u . Fr . 1 . Sese autem mensum pedibus aie-
bat passuum I I I L M . ibidem . Sum ipse mensus ab eo ponticu-
lo, qui, &c . 1 . Offi . 5 . Qui summum bonum suis commodis, non
honestate metitur . Ibid . 1 1 0 . Studia nostra naturæ regula meti-
tiamur . 3 . Ibidem 1 8 . Qui omnia metiuntur emolumenit &
commodis . 3 . de Orat . 1 8 3 . Quod metiri possumus interuallis
æqualibus . Para . 6 . Ex eo quantum cuique sat est, metiuntur ho-
mines diuinarum modum . 2 . A . 1 1 1 . Tu omnia questu tuo, non
Cæsaris dignitate metiris . de Amic . 2 1 . Iam virtutem ex con-
fuetudine vitæ sermonisque nostri interpretemur, nec metia-
mur eam, vt quidam indocti, verborum magnificientia . Or . 2 2 7 .
Sonantia omnia, quæ metiri auribus possumus . 8 . Fam . 6 . Curio
legem viariam & alimentariam, quas lubet ediles metiri, iacta-
uit . de Opt . 1 0 . Vim eloquentia non rei natura, sed facultate
metiri . Orat . 2 3 . Eloquentiamque ipsius viribus, non imbecilli-
tate sua metiantur . de Senect . 4 5 . Neque enim ipsorum com-
muni delectationes corporis voluptatibus magis, quam co-
tu amicorum & sermonib . metiebar . I . P . 6 8 . Epicurei res, quæ
sunt homini expertenda, voluptate metiuntur .

† A D V R B . Omniō consilium, non periculo suo, 1 2 . Phil . Populariter
annum, 6 . de Repub . Recl̄e res omnes, I . P .

¶ Syntaxis . Metiri sua voluptate uniuersa, commodis, non honestate,
officio, ex sua conscientia, emolumenit, suo questu, rei natura, imbecil-
itate rei . Coniunctum cœtu amicorum, & sermonibus metiri .

M E T O , demetor . 2 . de Or . 2 6 1 . Ut sementem feceris, ita metes . An-
tequām . 2 . Serere beneficium, vt metere possis fructum .

M E T O R . 1 0 . Fa . 1 8 . Sed certè nisi uno loco metaremur, magnum
periculum ipse Lepidus, &c .

M E T O N Y M I A , figura, quæ & Immutatio & Traductio appellatur,
Lege . H Y P A L L A G E .

M E T V E N D V S . de Arusp . 6 2 . Quædam multæ metuendaque
res . 1 . Famil . 5 . Quanquam omnia sunt metuenda, nihil magis
quam perfidiam timemus, * pro C . Cornel . 2 . O ingenia me-
tuenda,

M E T V O , timeo, horreo, in metu sum, in metu pono, metum habeo . pro
S . R . 8 . Supplicia, quæ à vobis pro maleficiis suis metuere atque
horrere debent, 1 0 . At . 4 . Frater meus non tam de sua quam de
mea vita metuit . 7 . 1 3 . Metuere omnia ab aliquo . 5 . Fa . 6 . Metue-
re infidias ab aliquo . 2 . ad Her . 2 8 . Ab inimico sibi periculum
metuebat .

† A D V R B . Diligentius, ep . 1 6 , ad Brut . Magnoperè, pro Cluen . Planè,
2 . de Finib . Valde, 7 . Famil .

M E T V S , timor, formido, suspicio, terror, paup . ex inimicio . 4 . Tuscul .
8 0 . Metus est expectatio mali . 5 . 5 2 . Est enim metus, futuræ æ-
gritudinis sollicita recordatio . hic animaduerte futuri recorda-
tionem . Anteq . 2 7 . Respub . metu est debilitata feruili . 1 . C . 1 8 . Pa-
tria tota in metu est propter te vnum . 4 . Tuscul . 6 4 . Ægritudini
finitimus est metus: est enim metus, vt ægritudine præsentis, sic
ille futuri mali: itaque nonnulli metum præ molestiam ap-
pellabunt, quod est quasi dux consequentis molestie . Ibidem

1 9 . Sub metum subiecta sunt, pigritia, pudor, terror, timor, pa-
up . exanimatio, conturbatio, formido . 5 . 4 1 . Sine metu is
metus est, non qui parum metuit, sed qui omnino metu va-
cat . 2 . Offic . 2 3 . Malus custos diuturnitatis metus . 8 . Famil . 1 0 .
Tt . 3

Ego quidem præcipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui scirem pro Pomp. 14. Provincia à metu calamitatis est defendenda. 1. con. Rul. 2. 3. Ciuitas soluta suspicione, suspensa metu. 8. Fa. 4. Incurere metum alicui. 4. Ver. 135. Afferre metum. 14. Att. 23. Quid autem absurdius hunc metuere, alterum in metu non ponere; id est, alterum non metuere. 1. de Orat. 121. Fractus & debilitatus metu. 5. de Fin. 31. Refugit sanguis metu. pro Sest. 101. Quem neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit vñquam de suo cursu, aut spe, aut metu dimouere. * Oec. 1. Metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. Hor. Vt ait Ennius: Refugiat timido sanguen, atque exalbescat metu.

A D I V N C. Amplior, non mediocris mortis, pro Client. Communis, 3. Ver. Consulares, 2. Ver. Diurnus, & nocturnus, 1. Tusc. & 3. Offic. Falsus, atque inanis, pro Marc. Finitimus, permanens, subsequens, & quasi comes paucoris, 4. Tusc. Inanes, pro Cec. Instinctus furore, præceps sce- lere, pro Dom. Magnus, pro Quint. Maior. iudiciorum, pro Rab. Nous, pro Pomp. Parvus, 5. Tusc. Præcipius, 8. Famil. Præfens mortis, pro Cæl. Quotidianus, 5. Famil. Reliquis, summus legum, & iudiciorum, 6. Ver. Tantus prædonum, 7. Ver. Temerarius, pro Flac.

S YNTAXIS. A indice panam metuere sibi, & horrore pro suis maleficijs. De amici vita metuere. In metu esse. Metum habere præcipuum. Solutus suspicione, suspensa metu mens. Metum alicui ostendere, incu- tere. Illo in metu non ponit. Metu aliquem de cursu suo dimouere.

M I L E V S. de Arusp. 40. Aruspicum verba sunt omnia, nihil addo de meo. pro Ceci. 19. Esse in possessione bonorum. de Fat. 3. Vtriusque studij mea possessio est. 2. de Leg. 17. Quod quidem ego fa- cerem, nisi planè esse vellem meus. * Con. C. Anto. Meo maxi- mè beneficio.

M I C A N S. vacillans, nutans. 1. de Diu. 106.

— Et varia grauiter cervice micantem.

Radians. 2. de N. 110. Stella micans radiis, &c. 1. de D. 18.

Concursumque grauis stellarum ardore micante.

